


EPI TOME  
DOCTRINAE DE  
*PRIMO MOTU ALIQUOT*  
DEMONSTRATIONIBVS  
ILLVSTRATA.

Edita a Victorino  
Strigelio.



Lipſia.

IN OFFICINA  
VOEGELIANA



129001

T



# ORNATISSIMO VIRO

PRUDENTIA ET VIRTUTE

præstanti D. Stanislao Bornbachio ciui

Gedanensi, amico veteri & colen-  
do Victorinus Strigelius

S. D.

**O**MNIMUM doctrinarum, quas Philosophia  
continet, & ad cognitionem iucundissi-  
ma, & ad vitam fructuofissima, & humani in-  
genij exercitatione dignissima est Astronomia,  
quæ ortus, casus, progressus regressusq; side-  
rum conte*n*latur.

Si enim sua cuiq; naturæ actio iucundissima  
est, ut natare piscibus, modulari lusciniæ, non  
dubium e homines magna uoluptate affici,  
cum intuentes hanc pulcherrimam cœli machi-  
nam, motuum varietatem admirabilem obser-  
uant. Nam cum cæteras animantes natura ab-  
scedisset ad pastum, solum hominem celum &  
rectum constituit, & ad cœli quasi cognitionis  
domiciliq; pristini conspectum excitauit, ut  
Dei cognitionem cœlum intuens capere posset.  
Est enim ex terra homo, non vt incola et ha-  
bitator, sed quasi spectator superarum rerum  
atq; cœlestium, quarum spectaculum ad nullum  
aliud genus animantium pertinet. Itaq; soli ex  
animantibus, vt Cicero præclare in secundo de  
natura Deorum dixit, nos astrorum ortus, obi-  
tus cursusq; cognouimus. Ab hominum genere  
finitus est dies, mensis, annus, defectiones Solis  
& Lunæ cognitæ prædictæq; in omne posterum  
tempus, quæ, quantæ, quando futuræ sint. Neq;

vero ex Astronomia tantum existit maxime ingenua delectatio & digna hominis natura, sed etiam summa utilitas, quæ per omnes partes vitæ manat & funditur. Nulla enim vita pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus neq; domesticis in rebus carere erudita annorum & mensium distinctione potest.

Manifesta est huius distinctionis utilitas in quotidianis contractibus, in iudicijs & in cæteris actionibus tam politicis quam oeconomicis. Sed multo magis conspicitur eadem utilitas in historijs ecclesiæ & imperiorum, in quibus necesse est considerari mundi et generis humani initia, antiquitatem doctrinæ, ordinem patefactionum diuinarum, seriem Monarchiarum, missionem filij, finem generationis humanae et omnium politiarum. Vult enim Deus nos scire fuisse aliquod mundi initium, nec fuisse mundum inde usque ab infinita æternitate, ut Aristoteles & alij multi imaginati sunt. Sumi autem initium certum potest retro numerando, quia certissimum est Christum natum esse cum hebdomades Danielis exactæ essent scilicet anni quadringenti & nonaginta. His si addantur reliqui numeri, qui extant Genesis capite quinto & undecimo, Exodi duodecimo, tertio Regum sexto, & anni ab ædificatione templi usque ad primam destructionem, item tempus exilij Babylonici prædictum a Ieremia capite nono & vicefimo, deniq; anni sex & quadraginta, quorum fit mentio Ioannis secundo, colligitur summa annorum ab exordio mundi usque ad Christum natum 3952. Deinde series

anno-

annorum a natali Christi omnibus in promtu est. Sunt igitur ab hoc anno, qui est a natali Christi 1554. Usque ad initium traditum in Moyse anni 5526. Hanc seriem annorum mundi singulari consilio Deus in ecclesia conservauit, ut in dijudicatione religionum certo cognosci possit, quae prior, quae posterior doctrina sit, quia non contemnendum est, Tertulliani dictum in libro aduersus Praxeam: Primum quodque verissimum est, adulterinum quodcumque posterius.

Vult etiam Deus sciri, quoties & ubi, quibus testimonij se patefecerit, quae sit Monarchiarum series, quando filium miserit, quando instet resurrectio & finis harum miseriarum ecclesiae. Hic ordo prorsus ignotus esset, si nemo annorum, mensium & dierum metas & interualla distinguere & numerare posset. Ideo autem condidit Deus coeli, Solis & Lunæ motus, ut sint signa & discernant tempora, & dies & annos. Etli enim tempus est mensura cuiuscunque motus secundum prius & posterius: tamen motum celestem mirando Dei consilio institutum esse videmus, ut ordo temporum distribui posset. Quare & gratias Deo agamus, quod tempora distinxit ipse, & mensum annorumque conueriones ad numerum machinatus est. Sed haec ab alijs artificibus satis accurate & copiose dicta sunt. Quare ne actum agere videar, addam hoc loco, quorum libri de Astronomia mihi præcipue probentur. Nec vero dubium est Ptolemyum diuinitus excitatum esse ad doctrinam

etrinam motuum cœlestium illustrandam, quæ quidem in Aegypto inde vsque a Ioseph ad Ptolemæum circiter duo millia annorum conservata est. Etsi autem utilissimum est deduci Iuuentutem ad ipsum Ptolemæum, qui omnibus in hoc genere præstat: tamen ut facilius intelligi possit, ad eius lectionem Elementa afferranda sunt. Hæc rectissime disci posse ex clarissimi viri D. Caspari Peuceri libro, vel ex Doctissimi viri Sebastiani Theodorici quæstionibus iudico. Ego quidem non tantum descriptiones circulorum in hoc libello complexus sum, sed etiam demonstrationes præcipuas ex primo & secundo libro Ptolemæi repetiui, in quibus doctrina de primo motu vniuersa ex primis fundamentis extructa est. Ut autem in editione Arithmetici libelli gratam mentionem feci præceptoris mei D. Nicolai Pacmesteri Leisnicensis, ita in huius lucubratiunculae vestibulo non tantum Nicolai, sed etiam aliorum artificum, a quibus aliquid mutuatus sum, mentionem faciendam esse putau. Est enim ingenui & grati animi fateri per quem proficeris. Sed iudicium de hac qualicunq; opera diligentiæ meæ, quæ ad utilitatem discentium potissimum refertur, doctis & candide iudicaturis permitto.

Tibi autem ornatissime vir & amice carissime hunc libellum dedico, & quia te æquissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem, & quia non alia ratione meam erga te benevolentiam

Ientiam & gratitudinem testatam facere possum, teq; oro vt hanc significationem publicam mei erga te studij boni consulas. Bene vale, & fac quod facis, ut me ames, teq; amari a me scias. Lipsiæ Calendis Augusti,  
Anno Christi M. D.

L X I I I .

C A T A L O G V S  
artificum, qui ad hanc Epitomen ἐπιβάλλον μέρος  
contulerunt.

Ptolemaus.

Proclus.

Joannes Regiomontanus.

Erasmus Reinholdus.

Nicolaus Pacmeisterus.

Caspar Peucerus.

Michael Neander.



229001

T  
—

PROLEGOMENA  
DOCTRINÆ SPHÆ.  
R I C A E.

- I. De causis inuentæ Astronomiæ, hoc est, quæ res excitarint homines ad diligentiores contemplationem motuum cœlestium.
- II. De utilitatibus huius doctrinæ.
- III. De ordine huius doctrinæ.

## De Primo.

Multarum rerum admiratione & manifesta utilitate motæ sunt humanæ mentes, ut cœlum diligentius aspicerent, & de mente architectatrice & gubernatriciæ totius mundi & generis humani cogitarent. Sed præcipua miracula, quæ in cœlo conspicuntur, hoc ordine recenset Proclus in designatione hypothesis Astronomicarum.

I. Miraculum cœli est æquædia celeritatis & tarditatis in motu planetarum.

Etsi enim signa ipsa Zodiaci æqualia sunt, tamen in æquali tempore peragrantur, ut Sol duntius commoratur in signis æstiuis, quam in hybernis, estq; differentia octo dierum & trium quartarum unius diei. Item Sol circa fastigium motu proprio peragrat 57. minuta. At in opposito loco gradum integrum, & insuper minutum unum & aliquot secunda. Sic Lunæ motus diurnus alias est 14. graduum 24. minutorum, alias est 12. graduum 8. minutorum.

**II.** Ανωμαλία καὶ μῆκος. Tres superiores Planetæ & Luna sic à Sole digrediuntur, ut ab eo aliquando per quadratum, aut per trigonum distent, vel ex adverso cernantur. Mercurius autem & Venus certas habent metas de quibus paulo post dicendum erit, ultra quas à Sole non excurrunt.

**III.** Ανωμαλία καὶ πλάτος. Sol tanquam dux reliquorum planetarum nunquam digreditur à linea Zodiaci, quæ vocatur Ecliptica. Cæteri planetæ evagantur ad latitudines atq[ue] in ijs inæquali tempore commorantur, ut Luna maximum interuallum, quo abscedit ab Ecliptica est 5 graduum. Saturnus in latitudine Septentrionali quam in meridiana diutius commoratur biennio fere. Mars singulis fere annis latitudines permuat, inæqualiter tamen, ita ut aliquando tempus latitudinis austrinae longius sit tempore latitudinis Septentrionalis.

**IV.** Harmonia superiorum & inferiorum planetarum ad Solem.

Principio satis constat tres superiores Planetas Saturnum, Iouem & Martem perpetua lege ita moueri in suis Epicyclis, ut ipsorum motus quandam reuerentiam erga Solem præse ferat. Nam quoties illi coniuncti sunt toties sui Epicycli ἀπόγειο tenere deprehenduntur, tanquam reuerentia tanti hospitis in extremos suæ ditionis fines digressi, ut Regi præsenti cedant loco, & ex interuallo mediocri, cum reuerentia mandata & vires ab eo accipient. Eadem vero ex Diametro oppositi sunt απογειοlatæ ratio-

ratione Epicycli, ut videantur qui si lugere regis absentiam & illius redditum supplices expetere. Itaque periodi Eccentrici & Epicycli horum planetarum simul sumptae, adequant periodos Solares, ut Ptolemaeus libro IX. magna constructionis demonstrat.

Deinde hanc legem stationum perpetuo seruant, ut Saturnus tanquam immotus subsistere videatur, cum a Sole inter ual lo trium signorum discessit, quem quadratum aspectum vocant, Iuppiter eandem τετραγωνον φασιον habeat in trigono, Mars ultra trigonum aliquot partibus. Quis autem non afficiatur admiratione si consideret hanc legem motus in duobus Senatoribus & bellatore perpetuum, ut simul ac quadrata eos irradiatione Sol aspicerit, maximum tunc possideant αναμαλιας περιστροφαι et seu argumenti aequationem, ut vulgo loquuntur. Age vero ne semper de superioribus planetis dicamus, quis non iure miretur proportionem motus Lunæ ad Solem? quem velut principem atq; numen suum illacum quadam reverentia colit, suumque cursum ad eius normam dirigere solet. Nam Eccentricus Lunæ & deferens Apogeon Eccentrici in diuersas partes mouentur ea quidem lege, ut linea medijs motus Solis, relinquatur in medio inter απόγεον eccentrici & centrum Epicycli. Ex quo efficitur ut centrum Epicycli Lunæ in omni coniunctione & oppositione medijs, sit in apogeo deferentis, in quadraturis in eiusdem perigeo.

Sequitur ut de duobus inferioribus Planetis  
Veneri

Venere & Mercurio pauca dicam, qui propter summam cum sole cognitionem à Platone in Timaeo vocantur ἴσοδέομοι τῷ ὁμόδεομοι τῷ ἡλίῳ. Habent enim certas metas, ultra quas à Sole non excurrunt. Etenim Venus tanquam blanda Oeconomia citra quinquagesimum, Mercurius vero qui Cancellarius est in politia caeli citra tricesimum gradum Solem comittatur, nec longiore interuallo illum vel antecurrit vel sequitur. Perpetuo igitur circa Solem versantur & modo ad eum accedunt tanquam mandata ab eo accepturi, aut ministerium aliquod præstituri, modo rursus ab eo excurrunt quasi speculandi causa emissi, ut viæ pericula explorent, unde tamen ne longius à rege euagentur mox iterum quasi renocati ad Solem recto cursu contendunt. Etsi autem uterque planeta perpetuam habet cum Sole coniunctionem quod ad tempora periodica Eccentricorum & lineam medijs seu equalis motus attinet: tamen arctior est Veneris cum Sole quam Mercurij copulatio. Est enim unum atq; idem ἀπόγειον Solis & Veneris. Deinde in hoc etiam conueniunt Venus & Sol, quod ἀρχαιοτέρη centri Veneris propemodum est equalis ἀρχαιοτέρῃ ἀναμελίᾳ Solis. Nam iuxta Eccentricitatem à Ptolemaeo constitutam, discrimin inter utrāque aequationem ad summum est trium minutorum.

In hoc etiam Solem seu Regem suum Venus & Mercurius obseruant, quod quoties illi coniunguntur, semper in Apogeo aut Perigeo sui Epicycli reperiuntur & suas latitudines ita alternant, ut Regi suo

suo à diuersis lateribus assistant & ministrent. Est enim hoc perpetuum, quod Venus omnes latitudines perficit in contrariam partem latitudinum Mercurij & econtra. Nam ubi Venus vel inclinatione sua vel reflexione sua euagatur versus Septentriōnem, ibi Mercurius discedit iisdem latitudinum differentijs in contrariam plagam Australēm & econtra permutatis semper vicibus. Sunt præterea hæc & alia id genus consideranda, quod minimos Epicyclos ratione suorum deferentium habent Planetæ à Sole maxime remoti, ut Saturnus & Luna, maiores Iuppiter & Mercurius, maximos denique Mars & Venus ut proximi Soli.

Adde huc quod tardiorē motū conficiunt Epicycli, quo sunt viciniores eidem Soli. Sic tardissime absoluunt suas annas & orbitas Epicycli Martis & Veneris, citius Iouis & Mercurij, celerrime Saturni & Lunæ.

V. Passiones planetarum id est progressio, regressio, & statio. Nam superiores planetæ cum aliquando progressi sunt secundum signorum ordinem consueta vel tarditate vel celeritate, mox inhibentes cursum nusquam promouent, sed aliquot dies tanquam immoti subsistere videntur, quo tempore squalores dicuntur. Deinde sese rursus commouentes non progrediuntur eo, quo prius cursum instituerant, sed reciprocantes aliquam confecti itineris partem retrolegunt, quo tempore & conrulicet id est retrogradi vocantur. Atq; ita aliquousq; regressi rursus subsistunt aliquot dies prorsus immoti ut nobis apparent, iterumq;

iterumq; stationales dicuntur, ac deniq; quasi collectis viribus per illam quietem, denuo priorem viam ingrediuntur, & antrorsum iuxta signorum seriem celeritate quanta possunt, contendunt, quasi moram stationum & regressionis hac festinatione compensatur, quo tempore ut oleari plini appellantur.

**VII.** Magnitudo apprens Planetarum, que alias maior est, alias minor, ut anno 1548. in fine astatis vidimus stellam Iouis multo maiorem & fulgentiorem solito. Sic Mars anno Christi 1529. quo anno Solymannus imperator Turcarum cum ingenti exercitu Austria ingressus, Viennam aliquandiu frustra obsecrit, inusitata magnitudine & horrendo rubore corpus ipsius cernebatur, ita ut multi nouam & prodigiosam stellam in cœlo accensam esse, aliqui etiam cometam exarsisse crederent.

**VIII.** Illuminatio Lunæ, que, ut Plinius verbis utar, multiformi ambage torsit ingenia contemplantium, & mirabilis oculatio aliorum siderum. Nam Luna, ut Pontanus scribit, quantum ab Apollinis igne recedit, Hoc magis ipsa suum fundit mortalibus ignem. Cornibus auratis primum, mox fronte refulget, Iam media, medium cœli dimensa volumen, Atque huic obliquos vultus, turgentiaq; ora, Nocte refert, tandemq; vago digressa meatu, Exurgit Solem contra, plenog; coruscam Orbe comam, & fulvo totū caput explicat auro. Quidē quod vicina Soli sidera quædam fulgore ipsius non ita opprimuntur, quin appareant, mox eadem ab eodem remota, sic velut luce illius obscurata latitant.

VIII. *Ordo planetarum.* Cum enim *Venus* & *Mercurius* sint perpetui comites *Solis*, alij supra *Solem*, alij infra, alij circa *Solem* eos collocarunt. Nam Platonici metuunt obscurationem *Solis* si infra *Solem* hi planetæ collocentur. Recentiores fugiunt absurditatem vacui, quod videtur concedendum esse si *Venus* & *Mercurius* supra *Solem* statuantur. Videtur enim nimis magnum spaciū inter *Solem* & *Lunam* vacuum relinquī. Nonnulli persuadent eos circa *Solem* tanquā suum centrum ferri, qua opinio valde concinna est ad excusanda eorum φανόργα.

IX. παράδεξις id est visus nostri aberratio à verō loco *Lunæ* vel secundum longitudinem vel secundum latitudinem. Cum enim terra ad *Lunam* habeat proportionem, non semper in *Zodiaco* congruunt duæ linea, quarum una educitur ex centro terræ, altera ex oculo videntis, & constituti in superficie terræ. Est igitur παράδεξις distantia duarum linearum, unius quidem monstrantis verum *Lunæ* locum in *Zodiaco*, alterius ostendentis apparentem locum.

X. *Motus proprius stellarum fixarum.* Etsi enim stellæ fixæ semper inter se equaliter distant, & in *Zodiaco*, & extra *Zodiacum*: tamen compertum est ipsas stellas in orbe suo secundum signorum successionem progreди ab occasu versus ortum.

XI. *Conspicitus Eclipsiū.* Hoc miraculo omnium maxime moti sunt homines, ut inquirerent motus corporum cœlestium, postquam viderunt media die interdū cœlo sereno *Solem* lucis diuritæ fontem, terris et horribilis te-

dis tenebris inuolui, quæ subito noctis imaginem afferrent, & stellas cœlo harentes interdiu conspicuas redderent. Sed multò magis terruit eos experientia tristum euentuum, quos obseruabant ferè semper sequi solere Eclipses solis.

## De Secundo.

### V T I L I T A T E S D O C T R I NÆ D E C I R C U L I S C O E L E S T I B V S & de primo motu.

P Lurimas & insignes habet utilitates doctrina de cœlestibus circulis, & de primo motu.

### P R I M A.

Hæc doctrina ostendens perpetuas leges motus primi mobilis, vices dierum et noctium, & statis et hyemis accommodatas ad conseruationem animantium, est perspicuum testimonium de Deo opifice, & conuincit nos, ut firmissima assensione statuamus esse Deum conditorem mundi sapientem, beneficum, iustum & conseruare genus humanum. Quia impossibile est ea quæ casu & temere fiant, diu seruare certum ordinem, certam figuræ speciem, & certas leges suorum motuum.

### S E C V N D A.

Cum due sint partes Astronomiæ, quarum una inquirit & explicat primum motum, Altera septem planetarum & stellarum inerrantium motus scrutatur & demonstrat, sciant studiosi prioris partis Epitomen in his Elementis Sphericis proponi.

Tertia

## T E R T I A.

Hæc doctrina fons est Geographie, quæ terram certis metris includit, & monstrat Oceani ambitum, spacia maris infusi in terram, fluminum fontes & cursus, regionum interualla, & urbium insignium loca, ut sciamus, quo in loco semper fuerit Ecclesia, & hoc vestigium nostrum cui regioni impressum sit. Non enim potest Geographus philosophari de poli exaltatione, de locorum longitudine & latitudine, alijsq; ad hanc περιμετρίαν pertinentibus, sine crebra mentione circulorum cœlestium, ut uerbi causa, Äquinoctialis, Meridiani, HoriZontis.

## Q V A R T A.

Cognitio circulorum cœlestium, & doctrine de ortu atq; occasu stellarum fixarum magnum adminiculum est in lectione historiarum, poëmatum & scriptorum rei rusticae. Ac ut de historijs & scriptoribus rei rusticae non dicam, quid aget lector non imbutus hac doctrina, si quando inciderit in Georgica Vergilij, aut in fastos Ouidij, aut in utilissimos libellos Hesiodi? Certe non aliter in his & similibus scriptis versabitur, quam viator iter faciens nocte in densis tenebris ignarus viæ & locorum.

## Q V I N T A.

Necessariam esse anni descriptionem omnes non solum docti, sed etiam indocti confitentur. Quales enim tenebræ in historijs sacris & Ethnicis essent, quales in præsenti vita confusiones, si nemo sciret temporum discrimina & annorum seriem? Nec

carere vita mensium & horarum distinctione potest. Necesse est igitur haec elementa Sphaerica cognosci, quae aditum patefaciunt ad uberiorum doctrinam de anniratione, & de discrimine mensium, dierum & horarum.

## De Tertio.

### ORDO HVIVS DOCTRINÆ.

**E**RUDITI distribuunt Epitomen elementorum Sphaericorum in tres partes, quarum prima continet hypotheses ad considerationem uniuersi necessarias, ut verbi causa: Quod cœlum sit figuræ Sphaerice & circumagatur motu circulari. Quod primi motus in cœlo sint duplices. Quod terra sit globosa, & medium mundi locum centro similis obtineat, & collata ad fixarum stellarum orbem, habeat se ut punctum, nec motu locali agitetur. Secunda pars exponit circulos cœlestes & usum circulorum. Tertia pars tradit doctrinam de ortu atq; occasu stellarum fixarum, de ascensu descensuq; signorum Zodiaci, de discrimine dierum & horarum, & de climatum differentijs.

Hæc capita proprie pertinent ad Epitomen elementorum Sphaericorum. Alterius enim loci est tractatio de motibus planetarum & octauæ Sphærae & de Eclipsibus.

QVID SIT MUNDVS ET  
QUOT SINT MUNDI  
partes.

Mun-

**M**undus quem Græci νόμον ab ornatu vocant, est systema vel compages cœlestium & inferiorum corporum arte distributorum, continens animantia & alias naturas, quæ in singulis partibus procreantur & existunt, condita à Deo ex nihilo, Solo verbo, ut sit domicilium humanae naturæ, in qua ipse innotescere & conspicere voluit. Partes vel regiones mundi duas sunt, Ætherea & Elementaris.

Ætherea regio est pars mundi superior plena lucis, continens orbes omnium stellarum fixarum & errantium certo ordine distinctos, expers qualitatum elementarium, & immunis à vicissitudine generationum, corruptionum & alterationum, quales sunt in natura inferiori, hoc fine à Deo opifice condita, ut distincti orbes variatis admirabili lege & ordine motibus affixa ipsis stellarum corpora circumuehant, quæ machina ubi periodus circumacta fuerit, ad auctoris & conditoris iussum colliquescer instar fumi, ut Esaias inquit, & renouabitur.

Æther autem dicitur ab αἰθῷ, id est flagro & splendeo. Ideoq; in Genesi de primo die dicitur: Facta est lux, id est tota illa cœlestis & lucida moles.

Elementaris regio pars est mundi inferior, quatuor elementa, omnesq; ex elementis mixtorum corporum differentias, meteora, corpora fossilia, plantas, animalia, homines, gignens, continens & conseruans, certo ac diuinitus præfinito tempore, subiecta mutationibus & alterationibus, quarum cause sunt contrariae primarum qualitatum actiones.

Hac etsi in Physicis copiosius declarantur, tamen in vestibulo doctrine Sphærice, breuiter repetenda fuere.

**QVID SINT STELLÆ ET  
QUOD STELLARVM ALIÆ  
sint fixæ, aliæ errantes.**

**C**um tractatio de parte mundi Elementari huc non pertineat, nisi quantum de terra ut universi centro dicendum erit, deinceps exponam quid sint stellæ, & quæ sint earum discrimina.

Sunt autem Stellæ densiores suorum orbium partes, globosæ, lucideæ, purissimæ ac simplicissimæ, quæ videntur motu suorum orbium, ut efficiant gratissimas vices temporum, dierum, annorum, mensium, & in natura elementari temperent primas qualitates atq; alios effectus gignant.

Harum aliæ dicuntur fixæ seu inerrantes, aliæ errantes.

**DE STELLIS FIXIS.**

**E**T si stellæ fixæ innumerabiles sunt: tamen à veteribus cognitæ & numeratae sunt 1022 & haec quidem in sex differentias magnitudinis distributæ sunt.

Stellæ primæ magnitudinis 15 numerantur quæ maiores sunt terra centies septies, quia Diametri earum proportio ad diametrum terræ habet se sicut 19 ad 4.

Cum ergo per ultimam 12. Euclidis Sphæræ sint in tripla ratione suarum dimetientium, diametris cu-

bice

bice multiplicatis, maioreq; cubo per minorem diuiso, colligitur differentia seu excessus.

19		4
Cubus		Cubus
6859	(107	64
64	11 64	

Stellæ secundæ magnitudinis, quarum recensentur 45, terram excedunt fere octogies septies. Est enim proportio Diametri earum ad Diametrum terræ sicut 265 ad 60.

265		60
Cubus		Cubus
18609	625	216000
216	000 (87 fere	

Stellæ tertiae magnitudinis, quarum 208 numerantur, terram septuagies bis superant. Proportio enim Diametrorum est sicut 25 ad 6.

25		6
Cubus		Cubus
15625		216
216	(72	

Stellæ quartæ magnitudinis, quarum 474 numerantur, terra maiores sunt, quinquagies quater. Proportio enim Diametrorum est sicut 19 ad 5.

19		5
Cubus		Cubus
6859	(54	125
125		

Stellæ quintæ magnitudinis, quarum 216 nota sunt, vincunt terram tricies semel, quia proportio diametrorum est sicut 119 ad 38.

119	38
Cubus	Cubus
1685159	(31 fere)
54872	54872

Stellæ sextæ magnitudinis, quarum 50 note sunt, terram excedunt decies octies. Proportio diametrorum sicut 21 ad 8.

21	8
Cubus	Cubus
9261	512
512 (18	

### DE PLANETIS.

Planetæ verbo & falsis Graiorum vocibus errant, reuera certo lapsu spacioq; feruntur, ut ait Cicero in primo de Diuinatione. Horum septem sunt, quorum supremus:

Saturnus, qui à Græcis κερόνος καὶ φαιών nominatur 30 fere annis cursum suum conficit.

Infra hunc Iouis stella fertur, quæ φαιών à splendore & fulgore dicitur, eaq; eundem duodecim signorum orbem annis 12 conficit.

Huic autem proximum orbem tenet stella Martis, que πυρέως appellatur à rutilo atq; igneo colore, biennijs spacio, eundem lustrat orbem, quem duo superiores.

Sol dux & princeps & moderator Luminum reliquorum medium inter, Planetas locum obtinet.

Hic

Hic diebus 365 quarta fere diei parte addita conuercionem conficit annuam. Maior est terra teste Ptolemæo centies sexagies sexies cum tribus octauis. Proportio enim 'Diametri ad terre' dimetientem habet se in minimis terminis sicut 11 ad 2.

Venus Soli proxima, cum antegreditur Solem φῶσφος græce, Lucifer latine dicitur, cum subsequitur, εἰστεργός. Ea cursum anno conficit, neq; unquam à Sole duorum signorum intervallo longius discedit, tum antecedens, tum subsequens.


Infra hanc Stella Mercurij est, ea sīlēωs appellatur à Græcis, quæ anno vertente signiferum lustrat orbem, neq; à Sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum anteuertens, tum subsequens.

Infima est septem errantium terræg, proxima Luna, quæ Solis annuos cursus spacijs menstruis consequitur, cuius tenuissimum lumen facit proximus accessus ad Solem, digressus autem longissimus quisque plenissimum. Minor est terra de Ptolemæi sententia tricesies nouies. Est enim Diametri terre ad lunam proportio, qualis 17 ad 5.

## QVOD SPHÆRA MVNDI AVT RECTA SIT AVT OBLIQVA.

**R**Ecta Sphæra est, in qua uterq; polus insitit & innititur plano Horizontis, & æquator qui medium inter polos locum exæcte obtinet, cū horizonte rectum constituit angulum Sphericum, à quo recta cognominatur. Talem Sphæra mundi situm habent, qui subæquatore versantur.

*Obliqua Sphæra est, in qua alter polorum mundi ab horizonte elevatus eminet, alter infra horizontem decumbit & subsidit, & æquator cum horizonte angulos efficit ac conformat obliquos. Talem habent Sphærām qui ultra citraque æquatorem degunt.*




## De Coelo.

*QVOD COELVM GLOBI MODO  
CIRCVMVOLVATVR.*

**V**Idemus Solem & Lunam & alias stellas ab ortu versus occasum semper in circulis inter se æquidistantibus ferri, ita, ut initio sursum ex inferiore loco velut à terra paulatim in altum consendant. Deinde rursus pro proportione circumiectæ descendant, donec prorsus velut delabentes in terram occultentur. Postea vero tempore interiecto vide-mus occultatas ab alio initio exoriri & occidere. Hæc autem tempora & loca ortuum & occasuum certo ordine similiter in uniuersum redire.

*Maxime vero mouet nos, ut agnoscamus cœlum esse figuræ Sphæricaæ, circumuolutio stellarum semper appa-*

apparentium, quæ cernuntur semper circa unum & idem centrum circumagi. Necessario enim fit polus, punctum illud cœlestis globi, circa quod propiores stelle conficiunt minores circulos, remotæ vero efficiunt maiores ambitus pro proportione, donec peruenitur ad eas stellas, quæ adeo procul distant à polo, ut occul-tentur, quarum haec quæ propiores sunt, exiguo tem-pore latent, remotæ vero pro proportione diutius.



### QVOD COELVM SPAERI-CAM HABEAT FIGVRAM.

**N**Ullam autem figuram cœli esse præter Sphaericam, haec rationes ostendunt.

### **P R I M A.**

Omnium figurarum solidarum celerrime circum agitur Sphaerica. Nihil enim asperitatis habet, nihil offendonis, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum, ut Ciceronis utar verbis. Cœlum celerrime & facilime circumvoluitur, minimeq; impeditur eius motus. Monetur ergo in orbem.

## • S E C V N D A.

Perfectissimo corpori conuenit perfectissima figura, Cœlum omnium corporum est perfectissimum. Omnium vero figurarum solidarum perfectissima est Sphaerica. Cœlo ergo conuenit figura Sphaerica.

Cum enim duæ forme prestantes sint ( ut ait Cicero in 2. de Natura Deorum ) ex solidis globus, ex planis circulus, his duabus formis contingit solis, ut omnes earum partes sint inter se similimæ, à medioq; tantum absit extreum, quantum idem à summo, quo nihil fieri potest aptius.

## T E R T I A.

Omnium figurarum æquales ambitu, habentium capacissima est, circularis inter planas, Sphera inter solidas. Est autem cœlum omnium corporum capacissimum. Ergo est Sphericum.

Maiorem eruditissime demonstrat Theon lib. 1. Commentariorum in magnam constructionem Ptolemæi.

QVOD PRIMI MOTVS IN  
COELO SINT DVPLICES.

Oculi testantur duos esse primos motus in cœlo, unum quo primum mobile ab oriente in occidentem mouetur, & spacio horarum 24 ab eodem puncto in idem revoluitur, & secum omnes Sphaeras inferiores rapit eadem gyratione. Alterum quo orbis stellarum contra priorem motum vehuntur ab occasu versus orientem, sub certo circulo qui vocatur Zodiacus, et circa polos eiusdem, sed dissimiliter. Celestius enim periodos suas conficiunt, qui terræ propriores


res sunt. Contra vero tardius Zodiacum peruvagantur qui absunt longius. Sed omissis stellarum inerrantium & septem Planetarū motibus, tantum de primo motu, qui est huius Epitome subiectum, differemus.

## De Terra.

QVOD TERRA SIT  
GLOBOSA.

IN omnī superficie longitudo consideratur & latitudo. Longitudo superficie terrae est ab occidente in orientem vel contra. Latitudo ab Austro in Boream vel contra.

AUSTER.



Terram esse rotundam secundum longitudinem  
becc φανόμενα testantur.

Non eodem tempore oriuntur & occidunt omnibus regionibus Sol, Luna & ceteræ stellæ, sed semper prius orientalibus, postea vero occidentalibus.


Deinde

Deinde Eclipses, quæ eodem tempore sunt, ac maxime lunares, constat non iisdē horis, hoc est æqualiter à meridie distan-

tibus apud omnes spectari, sed semper horæ ab orientalib. annotatæ posteriores sunt, quam horæ ab occidentalibus annotatae. Ut Eclipsis Lunæ, quæ


hora quinta in Arbelis conspecta est, in Sicilia apparuit secunda, teste Ptolemeo lib. 1. Geographiae cap. 4. Hæc accidere non possent, si alia terræ figura quam Sphærica esset. Efficit ergo tumor terra, ut sidera non simul omnibus in conspectum veniant, & Eclipses Lunares illis qui versus orientem habitant serius, occidentalibus citius appareant.

ORIENS.



OCCIDENS.


ORIENS.



OCCIDENS.

Porro terram esse rotundam secundum latitudinem, diuersæ poli elevationes, & stellæ vel perpetuo conspiciue, vel perpetuo latitantes decla-

declarant. Nam quo ad arctum propius accedimus, eo plures in austro occultantur, & plures in arcto confici possunt. Huius rei nulla alia est causa, quam tumor terre.

 Accedit illa quoq; ratio, cur terram Sphericam esse credamus, quia umbra imitatur figuram corporis opaci. At umbram terre desinere in conum, & rotunda undiquaq; superficie includi, oculi cernunt in Eclipsibus Lunaribus.

Ergo totus ex terra & aquis globus compositus rotunda superficie comprehenditur.

### QVOD TERRA IN MEDIO COELI SITA SIT.

 **H**anc Hypothesin Ptolemæus lib. I. cap. 4. His verbis explicat: Considerata figura, si quis deinceps locum inquirat, deprehendet ea, quæ de apparentijs stellarum diximus, ita tantum posse accidere, si collocemus terram in medio cœli tanquam centrum. Nam si alio loco esset, Aut esset extra axē distans equaliter ab utroq; polo, Aut esset in axe, sed recederet propius ad alterum polarum, Aut neq; in axe esset, neq; distaret equaliter à polis.


**C V M P R I M O S I T V H Ä C**  
maxime pugnant. Nam si sursum aut deorsum terra collocata esset, sequeretur hunc positum, quod in recta

recta quidem Sphera nuncquam fieri posset æquinoctium, eo quod Horizon semper in duas inæquales portiones cœlum diuideret, alteram supra terram, alteram infra.

$\chi\delta\lambda\dot{\iota}\circ\iota\circ\iota\circ\iota$ .

**E**sto centrum mundi *A*, poli eiusdem *B. C.* per

quos descriptus sit meridianus circulus *B. D. C.*



*E. In hoc sumatur*

*D. signū verticale  
distans æqualiter,*

*hoc est quadrante  
circuli ab utroque*

*c polo B.C. Per quod  
signum transeat*

*planum æquinoctia  
lis circuli D.A.E.*

*secans ad angulos  
rectos planum me  
ridiani circuli.*

*Iam si terra in plano quidem æqui  
noctialis collocata est, sed extra axem mundi B.C. ut  
in F. sequitur, quod in hoc situ terra Horizon seca  
ret omnes parallellos perpetua mundi conuersione de  
scriptos per inæqualia, eo quod totus axis secundum  
æquidistantiam, aut esset sublatus supra horizonem,  
aut infra demersus.*

**IN OBLIQVA VERO SPHÆ  
RA, aut rursus nullum omnino fieret æquinoctium,  
aut non in medio transitu inter aestuum & hiber  
num solstitium. Nam hec spacia necessario fierent**


*uienbr-*

inequalia. Non enim secaret horiz̄on amplius in duo aequalia circulum æquinoctialem, ac maximum eorum parallelorum, qui perpetua mundi conuersione describuntur, sed alium seu magis borealem, seu magis australēm parallelū. Constat autem hæc spacia utring, aequalia esse ubique, vel eo argumen-  
to, quod quanto dies longissimus in æstiuo solstitio ma-  
ior est, quam dies æquinoctialis, tanto vicissim bre-  
uissimus dies minor est in solstitio hiberno.

$\chi\delta\lambda\iota\sigma\upsilon.$

E Sto axis mundi, A. E. C. centro mundi E. & polis A. C. per quos sit descriptus meridianus

circulus A.B.C.D. in quo sit B. E. D. æquinoctialis seu maximus omnibus parallelorum, & medius inter utrumque polum, tropici autem parallelī hoc est extremi eorum, per quos Sol transit annuo mo-



tu per obliquum, sint F. H. & I.L. secantes axem in signis G. K. ad angulos rectos. Iam si terra est extra axem aequaliter distans à polis, ut in F. ille tantum horiz̄on, cui alter polus verticalis est, secabit Sph̄eram in duo aequalia, ita ut æquinoctialis circuius omnino cum eo congruat, ut in linea B.F.E.

D. Alias


D. Alias semper in obliqua Sphæra secabit hori $\zeta$ on cœlum in duo inæqualia segmenta, quorum alterum supra terram est, alterum infra. Nec fiet ullum æquinoctium, aut non in medio transitu inter æstuum solstitium & hibernum, ut si sumatur A. signum polus semper apparenſ, secabit planum hori $\zeta$ ontis dimidiatum axem mundi A. G. E. vel inter duos signa A. G. vel inter reliqua duo G. E. Secet primum inter duo signa G. E. ut in N. ut sit hori $\zeta$ on M. N. F. O. se cans extre mos parallelos tropicos in signis P. Q. Fiet igitur æquinoctium non in medio parallelo B. E. D. sed in eo qui describitur per signum N. propior tropico F. H. quam tropico I. L. Planum enim hori $\zeta$ ontis M. N. O. secat hunc parallelum per N. descriptum in æqualia, cum omnium parallelorum centra in axe mundi consistant, Quare etiam G. P. excessus diei maximi super diem æquinoctialem non erit æqualis defectui K. Q. quo breuissimus dies hibernus minor est eodem die æquinoctiali. Id quod manifeste repugnat omnium locorum experientiæ. Quod si hori $\zeta$ on secet axem in arcu A. G. ut in signo X. nullum fieri potest æquinoctium, eo quod hori $\zeta$ on non transeat per ullius paralleli centrum, sed omnium parallelorum centra una cum ea parte axis aut lateant demersa infra hori $\zeta$ ontem, aut emineant sublata supra hori $\zeta$ ontem. Sed si terram collocemus in centro mundi, ut in E, ut sit hori $\zeta$ on obliquæ Sphæra R. S. secans tropicos parallelos in signis T. V. tunc de mun omnia rite respondebunt, nempe ut æquinoctium fiat Sole transeunte per medium & maximum paral-

parallelum B. E. D. & aequales inuicem sint excessus & defectus, videlicet G.T. & V.K. &c.

*S I V E R O T E R R A F I N G A T V R*  
recedere propius ad orientem, aut ad occidentem, accidet, ut nec stellarum magnitudines & distantiæ videantur eadem in horizonte mane & vesperi, nec tempus sit aequale ab ortu ad meridiem, & à meridie ad occasum. Hac autem manifeste pugnant cum apparentia.

χόλιον.

**E**sto centrum mundi D. & planum horizontis C.D. B. ita ut duorum punctorum B.C. alterum



tiora


tiora minora per vicesimam primam primi Euclidis,  
 & minus distare in B atq; apparere maiorem. Similiter & paralleli arcum C A ab horizonte ad meridianum, maiorem esse arcu eiusdem A B à meridiano ad horizontem, ac tempora eodem modo inæqualia, id quod manifeste repugnat omnium locorum experientiae.

**S E C V N D A O P I N I O , Q V A T E R-**  
**ra in axe fingitur ita posita, ut ad alterum polorum**  
**propius accedat, ita refutatur. Si sic haberet res. super**  
**facies horizontis in quosunq; climate secaret cœlum**  
**in duas inæquales portiones, alteram supra terram,**  
**alteram infra, nec eodem modo ubiq; sed aliter in alijs**  
**climatibus. Nam in sola recta Sphera secari cœlum**  
**ab horizonte in duo æqualia posset. In obliqua vero, in**  
**qua propior polus esset semper conspicuus, semper mi-**  
**nor portio esset supra terram, maior infra. Unde acci-**  
**deret, ut superficies horizontis non secaret æqualiter**  
**Zodiacum, qui ex maximis circulis est, quod secus esse**  
**palam cernimus. Semper enim & omnibus apparent**  
**sex signa supra terram, reliquis mersis sub terram, &**  
**rursum cum hæc supra terrā cernuntur, contraria oc-**  
**cultantur. Manifestum est igitur ab Horizonte in**  
**duo æqualia Zodiacum secari, quia idem semicirculi**  
**modo supra terram, modo sub terra integri sunt.**

οχόλιον.

**C**entro mundi D, polis A C summis sit meridia-  
 nus A B C, & in axe mundi A C sumatur si-  
 tuus terræ in & propior polo, A quam C. Et sit obliquus  
 hori-

horizon  $B E H$ , & alias horizon  $F E G$ , ad cuius planum erectus sit axis mundi  $A C$ . Erit igitur  $A E C$  horizon Sphaeræ rectæ, secans cœlum in duo æqualia hemisphæria  $A B C$  &  $C G A$ . At horizon  $B E H$  non secat cœlum in duo hemisphæria, sed in segmenta inæqualia, quorum maius est  $B C H$ , propter




comprehensam in eo centrum per septimam tertij Euclidis, minus autem reliquum  $H A B$ . Similiter horizon  $F E G$  secat cœlum in segmenta inæqualia, quorum maius est  $F C G$ , minus autem  $G A F$ .

**PRAETEREA, NISI TERRA** sub ipso æquinoctiali sita esset, sed ad arctum aut meridiem ad alterum polorum propius accederet, omnino eueniret, ut ne ad sensum quidem in æquinoctialiibus diebus gnomonum umbra orientales & occidentales in eandem rectam lineam congruerent super æquidistantes superficies horizonti. At ubique certitudo hoc ita fieri.

χόλιον.

**S**It planum horizontis  $A B E$ . ad quod sit erectus gnomon  $B D$  cuius vertex  $D$ . & sit  $A$  signum orientis Solis,  $E$  occidentis. Porro die æquinoctialis

nocti dum Sol mane ex A. emergit, umbram iaciat gnomon secundum rectam lineam B. E.



versus occasum, vesperi autem dum in E occidit, secundum rectam B. A. versus ortum. Testatur itaq; perpetua experientia omnium locorum, quod haec ambae lineæ A. B & B. E, si quis accurate examinet, prorsus

in unam eandemq; rectam lineam congruant. Id fieri nequaquam posset, nisi terræ centrum æquinoctialis intra planum æquinoctialis circuli collocatum esset, quia umbræ haec alias non coirent in iubias, sed ad angulum obliquum, ut verbi causa CBE.

ACCREDIT HOC ETIAM, QVOD  
Luna Eclipses non iuxta quamlibet cœli partem fieri possent in opposito loco Solis, cum sepe terra inter haec duo lumina non in diametrali ipsorum positu, sed in spacijs minoribus semicirculo media interueniret.

χόλιον.

**S**it centrum mundi A & super eo descriptus circulus per media signa B C D E F, in cuius plano Luna deficiens Soli obiectatur. Si terra igitur non possidet medium mundi locum A. Sed extra sedem habet, ut in G non semper deficiet Luna in diametrali



trali positu Solis.  
Acta enim per G  
linea B E mimine  
transiens per A  
centrum uniuersi, si  
Soli in B obiciatur  
Luna è regione in  
eadem recta linea  
circa E, deficiet qui-  
dem Luna, sed non  
in diametrali positu

Solis, quia circumferentia BEF minor est semicir-  
culo. Ac breuiter, Lunæ defectus tantum fieri po-  
test in oppositis per semicirculum locis, cum Sol fue-  
rit in recta transeunte per utrumq; centrum, terræ in-  
quam & uniuersi, ut in recta CAGF.

**QVOD TERRA VELVT PVN-  
CTVM SIT AD COELVM  
collata.**

Ptolemæus libro i. magnæ constructio-  
nis Capite V.

**Q**uod vero puncti rationem, quod ad sensum at-  
tinget, terra habeat ad distantiam orbis stel-  
larum fixarum, hoc illustre argumentum est, quod ab  
omnibus terræ partibus magnitudinis & distantiae  
stellarum ipsam temporibus aequales, similesq; cer-  
nuntur ubiq;. Quemadmodum earundem stellarum  
observationes factæ in diuersis climatibus ostendunt,  
quaæ ne quidem in minima re discrepant.

Accedit & hoc, quod gnomones, & centra armilarum Sphæricarum in qua cunq; parte terræ ponantur, tantundem valent, quantum in vero centro terræ, & conseruant considerationes & circumductiones umbrarum adeo regulares & consentientes hypothesi apparentiarum ac si re ipsa in medio terræ puncto collocarentur.

Indicium & hoc est, rem ita habere, quod ubique superficies excurrentes, quatenus visus noster se profert, quas vocant horizontes, secant totum cœlum in duoæqualia. Quod non accideret, si terra magnitudo sensibilis esset collata ad cœli distantiam.

Sola enim superficies, quæ exit à centro terræ posset circum datum orbem æqualiter diuidere, à qua cunq; vero planicie terræ duceretur, necesse esset subterraneas portiones maiores fieri.

## Q V O D T E R R A I N M E D I O

M V N D I Q V I E S C A T.

**C**onfirmata hac hypothesi, quod terra sit in medio mundi, primū hoc sequitur, eam ut centrum quiescere. Deinde hinc sumuntur distinctiones motuum.

Nam circularis motus est circumuolutio circa centrum. At rectus motus est secundum rectam linéam ferri à centro, seu medio, aut ad centrum seu medium.

Hæ distinctiones non essent, si nullum centrum seu medium constitutum esset. Hinc igitur plura argumenta sumuntur.

Unius corporis simplicis, tantum est unus motus,  
Terra

Terra est corpus simplex.

Ergo non competit ei, nisi unicus motus. Competit autem partibus terræ motus rectus deorsum, videlicet ad medium, quo delatae quiescunt. Ergo non competit terra motus circularis.

II. Omne graue tendit deorsum ad medium, & necessario quiesceret tunc, ubi ventum esset ad verum centri locum, quia centrum oportet esse immotum. Ergo cum delapse partes terræ ad eam partem, quæ verum centrum est, necessario in eius superficie quiescant, sequitur molem uniuersam quiescere.

III. Eadem est natura partium & totius.

Omnis partes terræ, & omnia mixta, in quibus dominatur terra, feruntur deorsum, ad superficiem terræ, et in ea quiescunt. Ergo uniuersa terra quiescit.

III. Coniectura Physica est. Celerrimus motus impedit collectionem, quæ omnibus nascentibus necessaria est. Terra autem est velut alius multarum rerū nascentium. Iam si quotidie tanta celeritate circumferretur, quantā esse oporteret, si moueretur, nihil fuere posset, Sed dissiparet partes in ea conditas. Ampliætenda igitur & tuenda est sententia, quæ affirmat terram, & in medio mundi esse, & quiescere.

## DE AMBITV TERRÆ ET

### INVENTIONE DIAMETRI

**A**Mbitus terræ continet 5400 miliaria germanica. Nam uni gradui coelesti respondent in terra 15 miliaria germanica. Cum enim 500 stadia uni gradui autore Ptolemæo libro 1 Geographie cap. 7 & 11 respondeant, haec diuisa per 32 produ-

cunt ὡς ἕξισα 15 miliaria. Porro ratio circumferentiae ad Diametrum est tripla sesquisextima, cuius minimi termini sunt 22 & 7. Habet igitur se circumferentia circuli cuiuscunq; ad diametrum suam sicut 22 ad 7 ὡς ἕξισα. Hinc fiat regula proportionum, productum erit 1718. Semidiameter 860 ὡς ἕξισα.

## Stadia


$$\begin{array}{r}
 x \\
 x \cancel{x} \\
 x 8 \\
 8 \cancel{x} \cancel{x} \\
 \cancel{x} \cancel{x} \cancel{x} \quad (15) \quad | 22 \ 7 \ 54 \ 00. \\
 \cancel{x} \\
 \hline
 37800
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 x \\
 x \cancel{x} \\
 x 8 \cancel{x} 8 \\
 \cancel{x} \cancel{x} 8 \cancel{x} \cancel{x} \\
 \cancel{x} \cancel{x} \cancel{x} \cancel{x} \cancel{x} \quad (1719) \quad \text{Diameter cuius} \\
 \cancel{x} \cancel{x} \cancel{x} \quad \text{semidiameter} \\
 \text{augetur unitate} \\
 \text{propter supputationis commoditatem 860.}
 \end{array}$$

## Declaratio simplicissima doctrinae sinuum.

**P**TOLEMÆUS in libro 1. Mathematicæ constructionis hac proportione circumferentie ad Diametrum totam contentus est. Dicit enim triplam esse circum-

circumferentiam respectu suæ diametri, hoc est, quantum partium totus circulus est 360 talium esse diameterm 120. Etsi autem hæc proportio non est præcisa, quia non potest dari exacta proportio lineæ




secundarum ad lineam rectam: tamen hæc collatio non gignit errorrem sensibilem in supputatione. Est igitur Ptolemaeo maxima circumferentia semicirculus, id est, 180 & maxima subtensa tota diameter partium 120 ut ex tabula subtensarum in libro 1 appareat. Hæc summa est Ptolemaicæ doctrine de canone subtensarum in circulo rectarum. Fuerunt autem due cause propter quas Regiomontanus et Copernicus commodiorem methodum in tabula sinuum instituerunt. Prima, quia in canone Ptolemei semper adherent gradibus scrupula prima & secunda. Cum igitur tyrones mathematicum non facile se expedire possint ex labyrinthis minutiarum, præclare hi artifices, de quibus dixi, eam rationem excogitarunt, quæ liberat studiosos ab his molestijs fractionum. Deinde quia Diameter à Ptolemaeo in paucas particulas diuiditur, videlicet in 120 non possunt ex tanta paucitate elici minuta & secunda in supputationibus Astronomicis, sed fere tantum gradus. Ut igitur etiam huic rei consuleretur,

optimo consilio alia methodus instituta est. Summa autem methodi recentiorum in tabula sinuum hæc est. Euclides in libro 5 propositione 15 demonstrat eandem esse proportionem totius ad totum, quæ est

partis ad partem,  
ut sicut se habent  
8 ad 4. Ita se ha-  
bent 4 ad 2. Ex hac  
propositione Eucli-  
dea sumitur initi-  
um doctrinæ sinu-  
um. Ut enim Pto-  
lemaeus utitur tota  
diametro tāquam  
subtenfa maxima,

• ita ipsi utuntur semidiametro. Deinde ut Ptole-  
maeus confert semicirculum cum diametro, sic recen-  
tiores artifices conferunt quadrantem circuli, id est,  
90 partes cum semidiametro, id est, 60 partibus. Est  
igitur in tabula sinuum maxima circumferentia  
quadrans circuli, id est, 90 gradus & maxima sub-  
tenfa, vel ut ipsi loquuntur, maximus sinus semidia-  
meter, continens 60 partes. Porro ut commodior sit  
& exactior suppositio, adduntur numero 60 tres  
Cyphrae, ut totus sinus seu maximus sit 60 000. Co-  
pernicus autem & ipse Regiomontanus in alia tabu-  
la sinuum diuidunt semidiametrum in particulas  
100000, & postea in eadem proportione reliquos  
sinus designant. Itaq; studiosis hæc diligentia necessa-  
ria est, ut vitent confusionem duarum tabularum,

nec




nec ex diversis tabulis sinus colligant, sed vel hac vel illa sola contenti sint.

**D E V S V T A B V L A R V M , Q V A E**  
**V V L G O S I N V V M T I T V L O**  
*inscribuntur.*

*Quid est Chorda?*

**C**Horda seu subtensa, siue subtendens, Graece ἡπο-  
 τένοντα, est recta linea subtendens arcum in duo

inæqualia circulum  
 diuidens, ut sit circu-  
 culus *A B C F*  
 sectus in duo inæ-  
 qualia per rectam  
*A E C*. Erit igitur  
*A E C*, recta chor-  
 da siue subtensa ar-  
 cus *A B C*, minoris  
 semicirculo, vel et-  
 iam subtensa arcus




*A F C*, maioris semicirculo.

**Q V I D S I N V S S E V S E M I S-**  
**S I S S V B T E S A E.**

**S**Inus seu medietas subtensa, est semissis Chorde  
 seu rectæ linea subtendentis arcum auulsum seu  
 interceptum, ut in eodem diagrammate vel *A E*  
 vel *E C*, est sinus, diuisa linea *A C*, per æqualia in  
 puncto *E*. Hoc autem posito, si producatur ex centro  
 circuli

circuli D. per E recta linea D B eadem, circumferentiam seu arcum A B C in signo B partietur in aequalia (Sicut ex tertia tertij & quarta primi, & rursum ex 26 tertij Euclidis declaratur) Recta enim D E B ex centro extensa aliā videlicet A E C bifariam secat & ad angulos rectos. Fiunt igitur duo triangula A E D & C E D habentia duo latera A E, E D, aequalia duobus E D E C. E D, enim utriq; est

commune, & angulus A E D, angulo D E C aequalis, uterque enim rectus est. Quare per quartam primi, etiam basis A D aequalis est basi D C & anguli reliqui reliquis sunt aequales. Angulus igitur A D E angulo C D E a-



qualis est, sed aequales anguli in aequalibus circulis, multo magis in eodem circulo aequalibus circumferentijs siue arcubus insistunt, siue ad centra, siue ad circumferentias consistant anguli. Arcus igitur A B arcui B C aequalis est. Educta igitur ex centro circuli D per E recta linea D B eandem circumferentiam etiam in duo aequalia findit. Quare sinus est semissis subtensa dupli arcus, ut A E est sinus arcus A B, quia est semissis rectae A C quae subtendit arcum A B C qui est duplus ad arcum A B.

**COMMONEFACTIO DE NV-**  
**MERIS, QVI IN TABVLIS SI-**  
**nuum continentur.**

**S**ciendum in tabulis sinuum, ut vocantur, contineri integrorum arcuum integras subtensas, seu dimidiatorum dimidiatas subtensas, ut arcus  $A B C$  subtensa tota est recta  $A E C$ . Est autem arcus  $A B C$  sectus per aequalia in  $B$  & recta  $A C$  in  $E$ . Sinuum ergo tabulae vel suppeditant rotius arcus  $A B C$  totam subtensam (ut apud Ptolem: lib 1. μεγαλιάς: )  $A E C$  seu dimidiati arcus  $A B$  semissim subtense, hoc est  $A E$  vel dimidiati arcus hoc est  $B C$  semissim subtense  $E C$ , qui semisses subtensarum, ut prius dictum est, vulgo sinus vocantur.

πεόβλημα.

**D**ato arcu sinus eius inuestigandus est. In superiori parte tabulae seu capite querantur integri gradus, & in margine seu serie descendente versus sinistram minuta seu scrupula sexagesima, si quæ gradibus ipsis adhaerint, quodq; in communi angulo offertur semissim subtense dupli arcus seu sinum dati arcus prodet, ut propositus sit arcus  $A B$  30 grad: sinus eius in tabula per 29 grad: & 60 hoc est 30 grad: reperio in communi angulo esse particularum 5000000 qualium diameter circuli omnino est 20000000 vel semidiameter 10000000. Proinde totius arcus  $A B C$  60 grad: integra subtensa erit duplum prioris scilicet particularum 10000000, quales etiam semidiameter totidem habet.

Exem-

## Exemplum alterum.

**C**omplementum latitudinis Vitebergæ est grad: 38. 7'. 36". Querendus est sinus huius arcus. In gredior igitur tabulam primum cum gradibus & scrupulis primis, ut modo traditum est, & numerum in communi angulo oblatum ex corro cum differen- tia proxima versus dextram, quæ differentia tunc uni scrupulo primo siue 60" debetur, ex qua sumptam partem proportionalem si adiecerō ad principalem seu angularem numerus iustas colligetur. Sinum itaq, 38 G. & 7' communis angulus ostendit 6172648, ac differentiam de qua dixi, 2288, ex qua ut pars congruens siue proportionalis elici possit, hoc modo in regulam proportionum numeri collocandi sunt, 60" addunt 2288 particulas, quantum 36" & facit pro- ptemodum 1373 adiiciendas ad principalem nume- rum 6172648, Eritque absolutus & perfectus sinus propositi arcus 6174021, particularum talium, qualium semidiameter circuli est 10000000.

πέσθημα αὐτίσεοφον.

DATO SINV ARCVS EI-  
DEM CONGRVENS  
explorandus est.

**A**D hoc perficiendum opus est ingressu arealisi- cut in praecedentibus exemplis lateralii. His enim vocabulis docendi causa utimur. Datum ergo sinus in area tabule quero, quo præcise inuenio caput tabule directe supra gradus, latus vero sinistrum scrupula prima respondentia numerat, ut si propona-


tur sinus 4461978 eius arcus in Canone subten-  
sorum apparebit partium 26. 30'. Eodem vero sinu  
(ad est, quocunq; exempli causa dato) non præcise in  
area tabulæ inuenio, proxime minorem exerceo cum  
arcu respondentे, eumq; ex dato sinu aufero differen-  
tie constituendæ causa, qua dextre collata ad diffe-  
rentiam, quam tabula monstrat, scrupula prima &  
secunda prioribus adiicienda facile inuenio, ut sit si-  
nus propositus 6174021. Hunc in Canone præcise  
non inuenio. Sumo igitur proxime minorem 6172648  
cuius arcus est partium seu graduum 38. 7'. Sed am-  
borum sinuum differentia est 1373 particularum.  
Tabularum autem differentia ei loco competens est  
particularum 2288. Sic igitur in regulam trium  
numerorum colloco 2288 particulæ addunt 60 quo  
addunt 1373 particulæ.

## CATALOGVS NECESSARIA- RVM DEFINITIONVM præter Euclideas.


- I. *Recta subtensa* est, quæ circumferentiam vel  
minorem vel maiorem semicirculo subtendit.
- II. *Sinus* est semissis subtensa dupli arcus, siue est  
semissis rectæ lineæ subtendentis duplum arcum.
- III. *Arcus* est pars circumferentia circuli.
- IV. *Complementum arcus* est differentia ipsius  
arcus & quadrantis.
- V. *Amplitudo* seu *magnitudo* *anguli* *rectilinei* si-  
ue *plani*, est circumferentia circuli super eiusdem angu-  
li vertice descripti inter ambo latera compræhensa.

VI. An-

*VI. Anguli autem Sphaerici amplitudo seu magnitudo est circumferentia maximi circuli super eiusdem anguli vertice descripti inter ambo latera comprehensa.*



*VII. Complementum anguli est differentia ipsius ad angulum rectum.*



*VIII. Datus intelligitur angulus, cum circumferentia ab ipso comprehensa exhibetur in mensura usitata.*

*IX. Data circumferentia dicitur, cum partes eius 360 diserte exprimuntur.*

*X. Data subtensa dicitur, cum exprimitur ipsaem partibus, quibus tota diameter datur numero 20000000.*

*XI. Datus sinus dicitur, cum datur in ipsam particulis, in quibus semidiameter datur numero 10000000. Per 15. Quinti.*

*XII. Trigonum datorum angulorum dicitur, cum vel duo tantum anguli dati sunt, vel unus tantum præter rectum videlicet in trigono orthogonio. Per 32 Primi.*

*XIII. Latera trigoni dati dicuntur, cum eorum magnitudo certo numero exprimitur.*

*Secunda*

SEC V N D A P A R S  
 DE C I R C U L I S C O E L E S -  
 T I B V S E T V S V  
 circulorum.

**O**Mnes circuli, ex quibus Sphera Materialis componitur, in cœlo imaginatione describuntur præter Zodiacum. Ideo autem artifices circulos excogitarunt, ut discrimina φαινομένων intelligi, & explicari possint, cuiusmodi sunt æquinoctia, solsticia, distantiae stellarum secundum longitudinem & latitudinem, vices dierum & noctium & alia innumerabilia.

QVOT VPICES SVNT CIR-  
CVL I IN SPHÆRA?

**C**irculorum Sphærae alijs maiores sunt, alijs minores.

Maiores circuli vocantur, qui ex centro Sphære descripti totam in duo hemisphæria æqualia diuidunt.

Minores qui nec ex centro Sphærae describuntur, nec in æqualia hemisphæria, sed segmenta inæqualia eam diuidunt, quorum id maius est quod centrum continet, minus alterum. (Per 7. Tertij.)

QVOT SVNT MAIORES  
C I R C U L I ?

**M**Aiores sex numerantur, æquinoctialis, Zodiacus, Colurus æquinoctiorum, Colurus solsti-  
 D tiorum,

tiorum, Meridianus, Hori<sup>Z</sup>on. Ex his quatuor priores et si mobiles sunt & semper cum primo cœlo conuertuntur, tamen ubiq<sup>z</sup>, idem sunt. Duo posteriores fixi quidem & immoti manent cœli respectu, sed mutato in terra situ variantur. Sunt igitur horizontes & Meridiani numero pene infiniti, cum propriis quilibet loca horizontes & Meridianos habeant.

### QVOT SVNT MINORES?

**M**inores quatuor recensentur, Tropicus Canceris, Tropicus Capricorni, Arcticus, Antarcticus.

Utrosq<sup>z</sup> circulos tam minores quam maiores seruata cuiusq<sup>z</sup> proportione Astronomi in 360° partes diuidunt, quas recentiores gradus nominarunt.

Harum partium in maioribus circulis uni respondent in superficie terre 500 stadia vel 15 miliaria Germanica, ut supra dixi. Minorum partes singulae tanto minus spaciū occupant, quanto longius à medio & maximo parallelo videlicet ab æquatore recedunt.

Porro quemlibet gradum in 60 scrupula prima, (que minuta vulgo vocantur) diuidunt, scrupula prima in totidem secunda, & sic deinceps usq<sup>z</sup> ad decima, ut in logistice scrupulorum Astronomicorum copiose dicitur.

### De æquinoctiali.

Quid est æquinoctialis.

**A**æquinoctialis est circulus maior equaliter distans ab utroq<sup>z</sup> polo mundi, mobilis, Zodiacum in duo-

in duobus punctis intersecans, in quibus cum Sol converitur fit ubiq<sup>ue</sup> aequinoctium, unde & nomen habet, quod dies noctibus aequales efficiat.

### QVOMODO DESCRIPTIVR

HIC CIRCVLVS?

Sol occupans alterutrum aequinoctij punctum, & motu diurno circumactus describit hunc circumflexum, quem ionuegos Greci vocant.

### QVOTEMPORE ANNI

FIVNT AEQVINOCTIA?

Votannis duo aequinoctia sunt, alterum in vere, alterum in autumno.

Vernum aequinoctium fit Sole occupante principium Arietis seu punctum intersectionis Zodiaci & aequinoctialis. Autumnale fit Sole principium librae occupante.

### SVNT NE PVNCTA AEQVI-

NOCTIALIA IISDEM STEL-

lis perpetuo alligata?

Interseccio verna, quae est vera & fixa in decimo orbe, non semper manet in prima stella Arietis Octauæ Sphærae, ut Thaletis etate præcessit hæc stella vernam sectionem duobus gradibus fere. Metonis Attici tempore fuit in ipsa intersectione verna. Nostra etate eandem non modo superauit, verum ultra etiam 27 partibus præcessit versus solsticij punctum.

Est igitur discrimin inter principium signi, quod vocamus Arietem in primo mobili, & primam stellam Arietis Octauæ Sphærae.

QVARE ANTICIPANT  
ÆQUINOCTIA?

**V**Erum æquinoctiū tempore Iulij Cæsar is incidebat in 24 aut 25. diem Martij. Hodie vero æquinoctiū vernum incidit in 10 aut 11. diem Martij.

Queritur ergo, quam ob causam sedes æquinoctiorum recurrerint, ita ut priora nunc contingent quam olim diebus circiter 13. Respondeo breuiter: *Hoc inde evenerit quod Julianus annus superat veram anni quantitatem. Continet enim dies 365, cum quadrante, pro quo integer dies quarto quoq; anno circa finem Februarij intercalatur. Unde ciuilis annus duplex fit, communis dierum 365. Eupolios autem seu intercalaris, qui & bisextilis dicitur, dierum 366. Sol vero signiferi circulum paulo citius perambulat. Ideo à C. Cæsare usq; ad nostra tempora, id est, annis fere sexcentis supra millesimum, recurrerunt æquinoctia diebus fere 13. Quod autem de æquinoctijs dixi, hoc eodem modo de solsticijs dici potest.*

QVÆ SVNT V UTILITATES  
ÆQUINOCTIALIS?

I. *Hic circulus est mensura primi motus. Nam singulis horis 15. partes seu gradus æquatoris ascendunt, & totus æquator 24 horis conuertitur.*

*Cum autem à polis mundi æqualiter distet, non dubium est primum mobile eodem tempore circumferri.  
II. Regula est ascensionum rectarum & obliquarum de quibus in tertia parte Sphaerica doctrina dicetur.*

*Nam*

Nam signa Zodiaci alias tardius, alias citius ascendunt propter obliquitatem sui circuli. Partes vero æquatoris una eademq; lege emergunt & rursus occultantur. Necesse est igitur ad æquatorem tanquam ad certam regulam conferri Anomaliam motus Zodiaci.

III. Dierum tam artificialium quam naturalium spacia metitur. Et si enim motus Solis non modo quadripartitas anni vicissitudines, sed etiam dierum ac noctium gratissimas vices efficit: tamen cum magna sit Anomalia in motu Solis, & partes Zodiaci, ut dixi, inæqualiter ascendant, dies & horæ distinguuntur respectu æquatoris, non Zodiaci.

IV. Distinguit æquinoctia. De hac utilitate in definitione satis dictum est.

V. Ab æquatore tanquam à termino à quo, declinatio partium Eclipticæ & declinationes stellarum & locorum latitudines numerantur. Vocantur enim declinationes stellarum distantiae earundem ab æquatore versus alterutrum polorum mundi.

Latitudines locorum sunt interualla ab æquatore ad eorundem vertices in meridiano collecta.

VI. Idem circulus est mensura longitudinis totius terræ & locorum particularium in diuersis terræ partibus. Et si enim non omnia loca subiecta sunt æquatori: tamen in querendis locorum distantijs secundum longitudinem, necesse est reliquos parallelos conferri ad æquatorem, ut collatio ostendat quot milia respondeant uni gradui propositi paralleli. Sed

de his utilitatibus infra Deo iuuante dicetur in de-  
Etrina de distantys locorum.

## De Zodiaco.

Quid est Zodiacus?

**Z**odiacus, quem signiferum Latini vocant est circulus maior, obliquus, latitudinem habens, mobilis, ad Sphaeræ motum cui inheret, ubique idem, sub quo Planetæ perpetuo feruntur ac decurrent motu. Aristoteles & Ptolemæus λόξον κύκλον, Latini obliquum ab obliquo situ nominant. Etsi enim medium semper locum inter suos polos conseruat, qui distant à polis mundi tanto intervallo, quanta est maxima Solis declinatio: tamen quod ad mundi polos & aquatorem attinet oblique & tortuose volvitur.

Hic circulus exactissime describitur motu Solis, peragratur vero à Luna & ceteris errantibus, quæ non temere vagantur extra metas utring, definitas.

Etsi autem veteres latitudinem Zodiaci 12 gradibus determinarunt: tamen recentiores binos utring, adiecerunt propter Martis & Veneris à Solis itinere digressiones, ut uniuersi Zodiaci latitudo 16 gradibus definiatur.

Iam vero satis constat ob eandem causam annum in 12 menses, & Zodiaceum circulum diuidi in 12 partes, quas Latini signa, Græci à numero δωδεκατομόνια appellant. Intra anni enim spacium, quo Sol Zodiaceum perlustrat, Luna ad Solem duodecies reuertit-

tur, totiesq; diametrum ei locum transit. Ac quia interea dum Luna à Sole digressa eundem rursus consequitur, 30 fere dies elabuntur, ideo cœli spaciū, quod Sol medio tempore emensus est, in totidem partes secari intelligitur, quas à gressu Solis diurno vindentur posteriores dixisse gradus. Ex his fontibus, quos natura ipsa monstrat, oritur illa hypothesis Astronomica, Zodiacū & in uniuersum circulos cœlestes omnes, cum usus postulat, cogitatione diuidi in partes 360, ac uni dodecadēcimōgiā attribui partes 30.

## NOMINA ET CHARACTERES SIGNORVM ZODIACI SVNT.

Aries	♈	αρεός
Taurus	♉	ταῦρος
Gemini	♊	διδυμοι
Cancer	♋	κάρκινος
Leo	♌	λέων
Virgo	♍	πάρθενος

Hac Borea & Septentrionalia vocantur, quia semicirculum Zodiaci ab equatore in Boream declinantem constituunt.

Libra	♎	χήλαι
Scorpius	♏	σκόρπιος
Sagittarius	♐	τοξότης
Capricornus	♑	αἰλούρεως
Aquarius	♒	υδροχόος
Pisces	♓	ἰχθύες

Hec austrina & Meridionalia nominantur, quod oppositum & in meridiem deflectentem Zodiaci semi-

*circulum teneant. Numerum eorundem situmq,  
etiam hi versus docent:*

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,  
Libraq,<sub>z</sub>, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora,  
Pisces.*

*Mandentur etiam memorie duo versiculi Eo-  
bani, qui oppositionem signorum continent:*

*Est Aries Libræ, Tauro Nepa, Bina Sagittæ,  
Semicaper Cancro, Dea Piscibus, Unda Leoni.*

## De Ecliptica seu via Solis.

**M**edium Zodiacaum secundum latitudinem di-  
uidit orbita Solis, quam inde ἡλιακὸν κύκλον  
Græci, viam Solis & planum Solis Latini, nonnulli  
& eclipticam vocarunt, quod luminaribus in ea con-  
iunctis Sol, oppositis, Luna deficit. Ptolemaeus à situ  
κύκλος δὲ μετωνόμασε Zodiaco nominat.

*Est autem Ecliptica, circulus maior in medio Zo-  
daci consistens, eumq, secundum latitudinem diui-  
dens in duos æquales ambitus 8 graduum spacio defi-  
nitos, quem anno motu proprio Sol in uno perpetuo  
tramite oblique incedens efformat. Et distinguitur  
quatuor punctis cardinalibus scilicet duobus æquinoctia-  
libus totidemq, solstitialibus, in quatuor quadrantes.*


## DE ECLIPTICÆ SEV SOLIS DECLINATIONE.

**M**axima Solis obliquitas seu declinatio est  
partium 23.scrup: primorum 52. Minima  
vero

vero, part: 23. scrup: primorum 28. & media inter has extre mas part: 23 scrup: 40'. Etsi autem Ptolemaeus lib. 1 Mathematicæ constructionis accommodat suam demonstrationem de Solis declinatione ad sex quantitates: tamen Regiomontanus redigit sex quantitates ad quatuor hoc modo.

### PROPOSITIO.

**P**roportio sinus totius ad sinum suæ declinationis, est sicut sinus arcus cuiuscunq; (quadrante minoris) ad sinum suæ declinationis.



Sit sinus totus  $\varepsilon \beta$   
& suæ declinationis sinus  $\alpha \beta$ . Sit  
 $\alpha$  item sinus arcus (quadrante mino-  
ris)  $\varepsilon n$  atq; sinus suæ declinationis,  
 $\theta n$ . Dico quod si-  
nus totus  $\varepsilon \beta$  ad si-  
num  $\alpha \beta$  est sicut  
sinus  $\varepsilon n$  ad sinū  $\theta n$ .

Nam proportio sinus  $\varepsilon \alpha$  ad  $\alpha \beta$ , componitur ex proportione sinus  $\varepsilon \theta$  ad sinum  $\theta n$  et sinus  $n \varepsilon$  ad si-  
num  $\varepsilon \beta$  (per Spheric: θεωρημα & 15. Quinti) Est  
autem tertius sinus sexto equalis, quia uterq; est to-  
tus. Ergo sinus  $\varepsilon \alpha$  ad sinum  $\alpha \beta$  est sicut sinus quin-  
tus  $n \varepsilon$  ad sinum quartum  $\theta n$  (per prop: 6 περισυνθέ-  
τεως.) Itaque proportio sinus totius ad sinum suæ de-  
clinationis est sicut sinus arcus &c, quod demonstrasse  
oportuit.

D 5

Exem-

## Exempla.

Sin: Tot:	Sin: 23. 51'	30. 0'
1000000.	4043437	5000000
gr:		5
Sinus 11. 39' vel 40' fere	2021618 1000000	5000000 gr:
1000000	4043437 8660254	8660254 product: ex mul:
Sinus 3501719 20.30' 1000000	1442998	

Porro ad unam quartam circuli sufficit tabula declinationis, cum reliqua quartæ eandem declinationem habeant.

### QVIS EST VSVS ECLIPTICÆ?

**V**SUS ECLIPTICÆ PRÆCIPUUS EST monstrare tempora ortus atq; occasus stellarum errantium et fixarum. Nam ut de Planetis non dicam, quis ignorat stellas fixas Meridionales & septentrionales cum certis gradibus ECLIPTICÆ ORIRI & OCCIDERE, ut canicula seu Sirius stella in ore canis Maioris cum 17 Leonis prima Augusti supra nostrum horizontem mane exoritur.

### De Coluris.

**C**OLURI vocantur omnes circuli per polos descripsi, quia cum reliqui circuli in mundi conuersione integri cernantur, colurorum certæ partes, aliae quidem in alijs climatis, emergunt nunquam, sed semper latent

per latentem infra horizontem, ac similiter certae quedam & prioribus oppositae circa polum conspicuum nunquam occidunt sed semper apparent.

Sed hæsit appellatio colurorum in duobus circulis per quatuor cardinalia puncta Ecliptice, æquinoctialis scilicet & solstitialia ductis, qui æquinoctialem & Zodiacum in quatuor æquales quadrantes secant.

### QVID EST COLVRVS

ÆQUINOCTIORVM?

**E**st circulus maior, mobilis, idem ubique, ductus per mundi seu æquatoris polos & puncta æquinoctialis scilicet principia Arietis & Librae, cum æquatore angulos rectos Sphaericos, cum Zodiaco obliquos constituens.

### QVID EST COLVRVS

SOLSTITIORVM?

**E**st circulus maior, mobilis, idem ubique, qui per utrumque polum dicitur, & in Zodiaco designat duo puncta solstitialia videlicet principia Cancri & Capricorni, & cum utroque Zodiaco & æquatore angulos rectos Sphaericos conformat.

### QVIS EST VSUS HORVM

CIRCVLORVM?

**V**sus illius est æquinoctiorum, huius solstitialium puncta notare & discernere. Sed colurus solstitialium plures alios usus præstat. In eo enim maxima Solis declinatio seu obliquitas numeratur, quæ est arcus huius circuli principio Cancri & æquatori inclusus. Deinde idem circulus sœpe fungitur officio Meridiani, cum in qualibet diurna revolutione

reuolutione primi cœli bis in locum Meridiani succedat seu bis plano eius iungatur. Differt autem Meridianus circulus à coluro solstitiorum, quod hic per utroq; polos transit, ille vero per polos tantum aequinoctialis & verticem horizontis. Unde & immobilis est, nec unus tantum ubiq;, sed varius, & cuilibet loco versus ortum & occasum proprius. Quod vero ad solsticij appellationem attinet, sciant studiosi Solem nunquam stare immobilem, aut cursum suum intermittere, sed cum aliquot diebus circa solsticium & Brumam, nec declinaciones solis, nec umbra meridianæ notabiliter varientur, imperitos in eam opinionem discedere, ut existiment Solem quasi cunctari & consistere.

## De Meridiano.

*Meridiana* est circulus maior, immotus, non idem ubique sed cuilibet loco peculiaris ac proprius, ductus per loci verticem & polos mundi, qui cum utrung; hemisphærium subterraneum & superius in duo aequalia fecerit, efficit medietates dierum & noctium.

*QVIS EST VSUS HVIVS  
CIRCVLI?*

**P**rimus usus in definitione recitatus est videlicet quod dies noctesq; in aequalia spacia distinguat.

Secundus usus est, quod locorum in terra longitudes monstrat. Nam cuiuscunq; loci longitudine est spaciū duobus Meridianis inclusum, quorum

unus

vnus Fortunatis insulis, alter vertici loci propositi incumbit.

*Tertius usus.* In Meridianis distantiae stellarum ab æquatore, locorum latitudines, & poli exaltationes numerantur, ut verbi causa: Stella posita in extremitate Caudæ Cynosure seu uræ minoris, Hipparchi tempore distabat à polo æquatoris supra duodecim partes. Hodie vero tantum 4 partibus inde abest, unde polaris stella iam vocatur. Hæc distantia seu declinatio commodissime in Meridiano numeratur. Illud etiam obseruent studiosi locorum latitudines & poli exaltationes non quantitate, sed solo situ differre.

Cum autem notitia elevationis poli multas partes Astronomiæ & Geographiæ gubernet, breuiter ostendam quomodo ex umbrarum ratione altitudo poli in unoquolibet loco & expedite & liquido indicari possit. Nam veteres Geographi, ut ex Strabone apparet, insignium locorum in diuersis regionibus latitudines penes umbras descripserunt, quas Gnomones die æquinocti medio iactabant, cuius rei pauca quædam exempla Plinius recenset cap. 72 libri secundi.

*HYPOTHESES ALIQVOT  
AD HANC METHODVM  
necessariae.*

*P*rima sumitur ex propositione 32 primi Elementorum Euclidis: *In quolibet triangulo tres anguli simul sumti æquales sunt duobus rectis. Rectus autem*

*autem ad centrum valet 90 gradus per 6. Quarti.  
Idem vero ad circumferentiam 180 per 31 Tertij.*

*Secunda hypothesis sumitur ex penultima primi.*

*In quolibet triangulo rectangulo duo quadrata  
quæ sunt ex perpendiculari & basi sunt æqualia uni  
quadrato quod fit ex hypotenusa seu subtendente an-  
gulum rectum.*

*Tertia, Perpendiculum seu normalis representat  
nobis in hac umbrarum ratione gnomonem seu sty-  
lum seu indicem, seu umbilicum. Basis representat  
umbram meridianam die æquinoctij.*

*Hypotenusa representat radium Solis inciden-  
tem in caput Gnomonis & reflexum à terra.*

*Quarta, Gnomon indicat elevationem æquatoris,  
umbra ostendit elevationem poli. Hypotenusa ne-  
cessaria est propter regulam proportionum.*

*Quinta, Altitudo æquatoris est complementum  
elevationis vel depressionis poli.*

## MODVS CALCVLANDI ELE- VATIONEM POLI EX umbrarum ratione.

**C**Ognita proportione Gnomonis ad umbram,  
quadrantur ambo numeri, quorum alter re-  
spondet Gnomoni, alter umbra, & ex summa horum  
quadratorum extrahatur radix assignanda hypo-  
tenusæ.

*Deinde collocentur in regula proportionum tres  
numeri quorum primus sit radix, alter numerus gno-  
monis, Tertius sinus totus 100000.*

*Nume-*

*Numerus quartus procreatus ex regula proportionum ostendit altitudinem æquatoris supra horizontem. Hic numerus subtrahatur à 90 gradibus, & quod reliquum erit, congruit altitudini poli.*

*Exempla huius supputationis quere in cap: 72 lib. 2 Plini.*

*In urbe Roma nona pars gnomonis deest umbra, ut gnomon habet 9, umbra 8 partes.*

12. 9. 100000

9	89. 60
900000 (74999, hoc est 48.35'	<u>48. 35</u>
12	41. 25
	<i>El: poli.</i>

*Carthaginis gnomon rationem ad umbram habet sicut 11 ad 7.*

13 11 100000

11	89. 60
1100000 (84666   57 47	<u>57. 47</u>
13	32. 13

*In Lydia sicut 21 ad 17*

27 21 100000

*vel*

2100000 (7777. 90

27 51. 0' 51

*39 Elen: pol.*


## *INVENTIO ALTITUDINIS*

*POLI EX MAGNITUDINE*

*maximi diei.*

*Propor-*

**P**roportio sinus  $\theta$  &  $\alpha$  περιφερειας ad sinum  $\beta$  &  $\alpha$  composita est tum ex ea quae est in ad  $\beta$  & ea quae est  $\theta$  ad sinum  $\beta$  &  $\alpha$ .



### DECLARATIO diagrammatis.

$\pm \theta$  Differentia dimidia qua maximus dies superat diem equinoctialem, aut qua minimus ab eodem equinoctiali superatur.

- $\theta \alpha$ . Complementum differentiae huius dimidie
- $\pm n$ . Amplitudo ortu*a*
- $n \beta$ . Compl. Amplitudinis ortu*a*
- $\beta \gamma$ . Est depresso poli congruens cum elevatione eiusdem
- $\gamma \alpha$ . Quadrans
- $\theta n$ . Maxima declinatio
- $\gamma n$ . Complementum maxime declinationis.

### REGVLAPROPOR.

$\gamma \alpha$ nata ex multipl: $\theta \alpha$	$\beta \gamma$ nata ex multipl: $\pm \theta$	sinus totus 10000
in $\pm n$ 4695°c	in $n \beta$ 2790°c	

27900000 (5942  
4695

$\beta \gamma$  El: poli in Rhodo  
36 27'  
vel secund. Ptolem:  
36 0'

# De Horizonte.

**H**Orizon est circulus Maior, immotus, non idem ubiq<sup>z</sup>, sed cui libet loco proprius, à puncto verticuli æquabiliter distans & totam mundi Sphærā dirimens in hemisphēria æqualia, quorum alterum eminet & conspicitur supranos, alterum sub terra occultatur.

## QVÆ EST PRIMA DIVISIO HORIZONTIS?

**Q**uemadmodum Sphēra aut recta est aut obliqua: Sic horizōn in rectum & obliquum dividitur.

Rectus vel Sphēra rectæ horizōn est cuius plano uterque mundi polus incumbit. Äquator enim cum eodem perpetuo angulos constituit rectos Sphericos.

Obliquus seu Sphēra obliquæ horizōn à cuius plano poli mundi distant, alter exaltatus, alter depresso. Et obliqui nomen, ab obliquis angulis, quos cum äquatore conformat, acquisiuit.

Ac rectus quidem horizōn unus est, ut una & simplex Sphēra recta. Obliquus vero multipliciter variatur, versus mundi polos terræ situ mutato. Tanto enim obliquior est, quanto alter polorum altius eleuatur. De hac varietate Cicero inquit, 2 de Diuinatione: Cum illi orbes, qui cœlum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὡραὶ nominantur, à nobis finientes rectissime nominari possunt, varietatem maximam habe-

ant, alijs in alijs locis sint, necesse est ortus occasusq;  
siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

## QVÆ EST SECUND A DIVISIO

### HORIZONTIS?

**HORIZON** aut est sensibilis aut rationalis.

Sensibilis horizon est terræ spaciū rotundo de-  
finitum ambitu, quod in plano & patentī campo ocu-  
lorum acies complectitur. Huius Horizontis semi-  
diametro Macrobius tribuit centum & 8 o. stadia,  
b. e. miliaria Germanica circiter quatuor.

Proclus semidiametro horizontis tribuens mil-  
le stadia, i. miliaria Germanica circiter 30. loqui-  
tur de horizonte non quatenus acies oculorum ter-  
minum constituit, sed quatenus variant sensibili-  
ter cœlestes apparentiæ secundum longitudinem &  
latitudinem.

Rationalis horizonis est, quem supra descripsi-  
mus, videlicet: circulus Maior, conuexo globi terre-  
ni incumbens, & circunquaq; ad extremum usque  
cœlum pertingens, atq; orbes cœlestes mundo ipso ex-  
trahentes in æqualia hemisphæria distinguens, unum su-  
pranos visum, alterum occultatum.

Vocatur rationalis, quod cum acies oculorum  
neq; excurrat ad extremum cœlum usq;, neque hanc  
cœli in æqualia diuisionem percipiat, mens tamen ra-  
tiocinando colligat & concludat sensu velut præun-  
te, & stellarum ortus atque occasus monstrante, mo-  
rasq; earundem in utroq; hemisphærio considerante.  
Vocatur & artificialis, quod beneficio artis Astro-  
nomice inuentus sit.

Polus horizontis rationalis est punctum verticale. Circumquaque enim quadrante maximi circuli ab ambitu horizontis abest, sed non omnibus unum & idem est.


Aliud enim atque aliud translata sede quoquo versum subinde oboritur. Ideo noui quoque horizontes exurgunt, ut diuersae poli altitudines, & diuersa dierum & noctium initia, denique dissimiles ortus & occasus stellarum declarant.

## QVIS EST USVS HORIZONTIS?

Usus plurimos praefat horizonte. Etenim abditata atque occultata quaevis in imo hemisphaerio a conspicuis in superiore separat, & metas stellis tum emergentibus tum occidentibus prefigit. Seruit item exaltationibus poli & aequatoris, locorum latitudinibus & amplitudini ortuæ.

Est autem amplitudo ortua arcus horizontis inter ortum aequatoris & punctum orientis Solis interceptus.

## DE AMPLITUDINE ORTIVA INQUIRENDA EX ARCV SEMIDIURNO.



Proportio sinus totius ad sinum arcus semidiurni alicuius puncti ecliptice, est sicut sinus complementi declinationis eiusdem puncti, ad sinum complementi amplitudinis ortuae inquirendae.

Sit sinus totus  $\varepsilon \alpha$  & sinus arcus semidiurni  $\alpha \theta$ , (puncti  $\theta$ ) Sit item sinus complementi declin: eiusdem puncti  $\eta \zeta$  & sinus complementi  $\beta$  n amplitudinis ortuæ inquirendæ. Dico quod sicut est sinus  $\varepsilon \alpha$ , ad sinum  $\alpha \theta$ . Sic est sinus  $\eta \zeta$  ad sinum  $\beta$  n.

Nam (per Sphericum theorema) proportio sinus  $\varepsilon \alpha$  ad sinum  $\alpha \theta$  componitur ex proportione sinus  $\varepsilon \beta$  ad sinum  $\beta$  n & sinus  $\eta \zeta$  ad sinum  $\eta \theta$ . Est autem tertius sinus sexto aequalis. Ergo (per 6 propos: περὶ τοῦ θεοῦ τῶν λόγων,) sinus  $\varepsilon \alpha$  ad sinum  $\alpha \theta$  sicut sinus  $\eta \zeta$  ad sinum  $\beta$  n complementum amplitudinis ortuæ inquirendæ. Ergo proportio sinus totius &c. Quod demonstrasse oportuit.

Exemplum Rhodium iuxta Ptol.

$\varepsilon \alpha$	$\alpha \theta$ 71. 15'	$\zeta$ n 66. 9'
1000000	9469301	9146072

Productum ex Multipli:  $\zeta$  n in  $\alpha \theta$  8660660, hoc est 60. 0'. Hic numerus respondens  $\beta$  n, subtractus à 90 relinquit 30. videlicet n ε, amplitudinem ortuam in Rhodo die solstitiali.


Exemplum Ienense.

Altitudo poli 51. 0'	$\varepsilon \alpha$	$\alpha \theta$	$\zeta$ n
Max: dies 16 Hor 20'	1000000	8433915	9170601.
εθ 2. Hor 10'. Hoc est	Product: ex multip: $\zeta$ n		
32. 30'	in $\alpha \theta$ 7734407, hoc est 50		
αθ 57. 30'	40'. Hic numerus respondens $\beta$ n, subtractus à 90 re-		
ζ n 66. 30' iuxta	linquit 39 20' videlicet n ε		
Regiomont.	ampl: ort: Ienensem Die		
	solstitiali.		

Idem

**IDEM EX ALTITUDINE  
POLI COGNOSCERE.**

**P**roportio sinus altitudinis æquatoris (*id est*, complementum altitudinis poli) ad sinum totum, *est sicut* sinus declinationis ad sinus amplitudinis ortiæ.



*Sit altitudo æquatoris  $\alpha \beta$  & sinus totus  $\gamma \alpha$ , sit item sinus declinationis  $\theta \eta$  & sinus amplitudinis ortiæ  $\eta \gamma$ . Dico quod sinus*

$\alpha \beta$  *ad* sinus  $\gamma \alpha$ , *sicut* sinus  $\theta \eta$  *ad* sinus  $\eta \gamma$ .

*Nam* proportio (*per σφαιρ. θεωρ.*) sinus  $\gamma \alpha$  *ad* sinus  $\alpha \beta$ , *componitur ex proportione* sinus  $\gamma \theta$  *ad* sinus  $\theta \eta$  & sinus  $\eta \gamma$  *ad* sinus  $\epsilon \beta$ . *Est autem tertius* sinus sexto *æqualis.*

*Ergo* sinus  $\gamma \alpha$  *ad* sinus  $\alpha \beta$ , *est sicut* sinus  $\eta \gamma$  *ad* sinus  $\theta \eta$  (*per propos: 6 περι συνθ: λογ:*) *Itaq,* ἀνάπλασις (*per 4 quinti*) sinus  $\alpha \beta$  *ad* sinus  $\gamma \alpha$  *sicut* sinus  $\theta \eta$  *ad* sinus  $\eta \gamma$  &c. *Quod demonstrasse oportuit.*

*Exemplum Rhodium superius.*

54. 0'.	23. 51'.
$\alpha \beta$	$\gamma \alpha$
8090170	1000000
<i>E 3</i>	<i>Ex</i>

*Ex Reg: proport: in: βάσιοι μέροι congruens ή ε, hoc est amplitudini ortiuae est sinus 5000000. hoc est, 30 gradus ut supra.*

EXEMPLVM IENENSE SV-  
PERIUS.

Alt. poli	α.	ζα..	θη.
ζ β 51.	6293204.	1000000.	3987491.
B a. Altit. aequatoris 39. 0.	Ex Reg.proport. in: β: μέροι pro n:	amplit: Ortua. Sinus 6336059.	
θι 23. 30'.		hoc est 39. gradus 19. vel 20. fe-	re minuta. ut supra.

APPENDIX.

**E**x amplitudine ortiua latitudo loci hoc modo inuestigatur.

Primo loco pone sinum, amplitudinis ortiue data.

Secundo sinum declinationis puncti ecliptices.

Tertio sinum totum:

EXEMPLVM.

I.	II.	III.
----	-----	------

16380.	10308.	100000
--------	--------	--------

Proueniunt 62932. Huius arcus 39. Complementum 51. Latitudo quæsita.

## De Parallelis.

**P**Aralleli sunt circuli minores, qui ab equatore aut Zodiaco æquabiliter versus eorundem polos distant, & sphæram non in hemisphæria æqualia, sed

Referun-

segmenta inæqualia diuidunt, habentq; eosdem polos cum maioribus circulis, ad quos sunt paralleli.

Referuntur autem parallelorum alijs ad planum æquatoris, alijs ad planum Eclipticæ. Hos stellæ tam fixæ quam errantes extra Eclipticam positæ & agitatæ circa axem trajectum per Eclipticæ polos, & mundi centrum describunt. Centra vero omnium in axe Zodiaci consistunt & medius eorum ac maximus est ecliptica.

Illos eadem stellæ & verticalia puncta quorumlibet locorum ad planum æquatoris relata, & primo motu circa mundi axem & polos velut rotata, definiunt. Centra horum in axe mundi vel æquatoris sunt. Medius vero & maximus æquator est. Utique ut maiores circuli in 360. particulas distribuuntur, quæ tanto minores sunt maiorum circulorum gradibus, tantoq; minus cum in cœlo tum in superficie terræ spaciū occupant, quanto à maximo circuli ambitu atq; amplitudine pro ratione distantiae deficiunt. Et quanquam quantitate cedunt, tamen ad gradus maximorum circulorum ἀνάλογοι sunt.


Qua autem via hæc proportio inuenienda sit, docet sequens demonstratio.

Si in sphera à polo super quartam maximi circuli, & aliam parallelam quomodocunq; distanter, tres quartæ ductæ fuerint, quarum extremæ quadrante intermedia òs iuxæ distiterint ad rectos angulos, erit proportio eadem sinuū quartarum ductarum & arcuum, quæ est arcuum parallelorum interceptorum inter quartas ductas.

In Sphera à polo a super quartam maximi circuli  $\beta\gamma$  & quartam parallelam  $\delta\varepsilon$ , ducantur tres quartae  $\alpha\beta$  &  $\alpha\zeta$  &  $\gamma$  quarum  $\alpha\beta$  &  $\alpha\gamma$  quartas parallelas  $\beta\gamma$  &  $\delta\varepsilon$  intercipiant, &  $\alpha\zeta$  as ituxi ad rectos angulos intercipiens proportionales arcus  $\beta\zeta$ ,  $\delta\varepsilon$ . Dico quod proportio sinus quartæ  $\alpha\beta$  ad sinum arcus  $\alpha\delta$ , sicut proportio sinus quartæ  $\beta\gamma$  ad sinum quartæ  $\delta\varepsilon$ , & sicut sinus arcus  $\beta\zeta$  ad sinum arcus  $\delta\varepsilon$ .

### Απόδειξις.

**Q**via enim  $\alpha\beta$  &  $\alpha\gamma$  sunt quartæ maximorum circulorum. Ergo sinus habent æquales. Et



quia sinus arcus  $\delta\alpha$  est idem cum sinu quartæ  $\delta\varepsilon$ . (Nam sinus arcus  $\delta\alpha$  a  $\delta$  ductus terminatur in centro quartæ  $\delta\varepsilon$  ut potest colligi ex corollario primæ Theodosii) Ergo sicut sinus quartæ  $\alpha\beta$ , ad sinum

quartæ  $\beta\gamma$ , sic sinus arcus  $\delta\alpha$  ad sinum arcus  $\delta\varepsilon$ .

Sed sicut sinus  $\gamma\beta$  ad sinum  $\beta\zeta$ , sic sinus  $\delta\alpha$  ad sinum  $\delta\varepsilon$ . (Arcus enim proportionales habent proportionales sinus) Ergo  $\alpha\beta\zeta\delta$ . Sicut sinus  $\beta\gamma$  ad sinum  $\delta\varepsilon$ , ita sinus  $\beta\zeta$  ad sinum  $\delta\varepsilon$ . Itaque etiam sicut sinus  $\alpha\beta$  ad sinum  $\alpha\delta$  sic sinus  $\beta\zeta$  ad sinum  $\delta\varepsilon$ . Quare si in Sphera à polo super quartam &c. Quod demonstrasse oportuit. Clarius idem cernetur ductus sinus in Sphera armillari.

Huius

Huius propositionis etiam usus est ad inueniendā proportionem unius gradus equatoris ad unum gradum cuiuscunq; parallelī notam habentis distantiam ab equatore.

Hinc tabula complectens minuta parallelorum correspondentia uni gradui equatoris componi potest, & ex ea altera complectens miliaria correspondentia uni gradui parallelī.

Nam ex demonstrata propositione manifestum est, quod à polo equatoris ductis duabus quartis intercipientibus unum gradum in equatore & unum gradum in parallelo quocunq;, sicut totus sinus magni circuli ad sinum arcus, quo distat parallelus à polo, ita sinus unius gradus in equatore, ad sinum unius gradus in parallelo. Sed tres primi sinus vel tres primæ lineaे sunt, qualium maxima est 1000000. Ergo sinus unius gradus in parallelo erit notus, non tantum qualium ipsis semidiameter 1000000, sed qualium semidiameter equatoris 1000000. Hinc ex sinu tanquam equatoris, tabula sinuum ostendet arcum equatoris correspondentem arcui parallelī.

In exemplo facile intelligetur.

Sit circulus parallelus æquinoctiali ab æquinoctiali distans 23 gradibus. Oportet inuenire quantum uni gradui parallelī respondeat in equatore. Est ergo totus sinus 1000000 (Nam propter secunda inuestiganda sumimus numerum maiorem) Arcus distantiae parallelī à polo (scilicet complementum distantiae ab equatore) 67 grad: cuius sinus 9205049. sinus autem unius gradus in equatore 174524.

Iam tertius numerus in medium multiplicatus producit 1606501971676. Hic numerus diuisus per totum sinum 10000000 relinquit 160650. Quantum ergo unius gradus sinus in equatore est partum 174524, talium sinus unius gradus in Parallelo est 160650. Huic sinui correspondent 55.m: 13. Sec. Errisa. Si hic arcus in equatore aequalis est unius gradui in parallelo proposito.

Denique per regulam proportionum & notum spaciū, quod unius gradui aequatoris correspondet, potest inueniri quantum unius gradui parallelī vel huic inuenienti arcui correspondeat. Nam unus gradus seu sexaginta minuta efficiunt 15. miliaria communia. Notum ergo erit quantum producant 55. m. 13. sec. Ut facilior sit operatio primum & tertium numerum redige ad secunda hoc modo:

Secunda	Mil: Germ:	Secund:
3600 efficiunt 15.	quantum	3313 <sup>3</sup>

Vel in omnibus exemplis primo loco poteris ponere 240. Secundo 1. Nam sicut 3600. ad 15. ita 240. ad 1. Itaq expedite inuenies 13. mil: 48, min:

#### COLLATIO IN COMPENDIA

Sec:	Mil: Germ:	Sec:	193
240	1.	3313	(13 <u>240.</u> )

Ex diuisione proueniunt 13 miliar. Ger: &  $\frac{193}{240}$   
Sunt autem  $\frac{193}{240}$  miliaris 48. min: vel paulo plus quam  $\frac{3}{4}$ . Nam si 193. in 60. multiplicaueris ut solent miliaria, prodibunt 11580. Hic numerus diuisus

uisus per 240. relinquit 48. min: Similiter agas in omnibus exemplis, & facile utrangu tabulam compones.

*Vel expeditius multo. Minuta æquatoris & secunda rediges ad miliaria, Si minuta per 4. diuiseris, proueniunt miliaria, & residua per 15. multiplicaueris, gignentur minuta miliarium, Siq; secunda per 4. diuiseris, prouenient minuta miliarium. Si autem secunda per 15. multiplicaueris, prodibunt tertia miliarium. Hæc omnia per regulam proportionum, cum unius gradui tribuuntur 15. miliaria sunt manifesta. Ergo 55. min: 13 sec. efficiunt 13. mil: 48. minuta.*

## QVÆ SVNT UTILITATES PARALLELORVM.

**P**RIMO, paralleli, quorum ultra citraq; æquatorum diurno motu annuatim 182, Sol describit, causas æqualitatis dierum in Sphera recta perpetue, inæqualitatis in obliqua patefaciunt, & ut diurna spacia crescant, nocturna minuantur vel contra, ostendunt.

*Secundo, paralleli, quos verticalia puncta conformant, cum limites latitudinum locorum propounderunt, tum subiecta sunt, in quibus eorundem longitudes seu ab occasu distantiae numerantur.*

*Tertio, Paralleli, quos Planetae vel stellæ fixæ ad æquatorem relatæ delineant, terminos declinatum eorundem ab æquatore, reliqui, quos relat*

ad Eclipticam definiunt, latitudinum limites designant, & quanto tempore supra vel infra terram commorentur singulae demonstrant.

Quarto sunt necessarij ad climatum distributionem & descriptionem. Nam clima, ut suo loco copiosus dicetur, est spaciū terrae habitatæ comprehensum inter duos parallellos versus eundem polum ab æquatore distantes, à cuius principio ad finem usque dies maxima augetur dimidia hora.

## De duobus tropicis.

**E**T si infinitus parallelorum est numerus, ut stellarum & punctorum infinita est varietas: tamen usitate in elementis Sphericis quatuor tantum recensentur peculiaribus insigniti nominibus eam ob causam, quod rotum cœli terræq; globum in quinq; Zonas distinguunt, & ad planum æquatoris accommodantur,

Tropicus Cancri  
Arcticus

Tropicus Capricorni  
Antarcticus

Tropicus **D**icitur circulus minor, quem Sol principium Cancri ingressus, et diurno primi cœli motu conuersus describit. Nomen à Situ accepit, quia limes est itineris Solis versus Boream & proximi eius ad nos accessus, ad quem delatus reflectit sese & cursum ad oppositam mundi plagam conuertit. Inde rōta in locus ille dicitur.

Distat ab æquatore perpetuo in boream quantitate maxime declinationis Solis, quæ hodie 23 graduum est 28 scrupulorum primorum, clauditq; iter solare

*solare & cum tribus reliquis parallelis cœli terræque  
Zonas diuidit.*

Tropicus Capricorni eodem ab æquatore interuallo  
in meridiem distat, & à Sole constituto in principio  
Capricorni (quod est terminus maximi recessus Solis  
à nobis & digressionis ad Austrum longissimæ) de-  
finitur.

### DE ARCTICO ET ANTARCTICO.

**A**rcticus est circulus minor, quem polus Zodia-  
ci Boreus, tantum à polo mundi arctico seiu-  
etus, quanta est maxima Solis declinatio, vel ut  
Proclo placet, prior maioris ursæ pes diurno motu ef-  
format. Ab æquatore 66 gradibus 31 scrup: fere  
abest, & ijs terræ partibus quibus altius 23 gradibus  
29 scrupulis fere polus arcticus extat atq; eminet,  
perpetuo appareat.

Antarcticus est circulus minor, quem polus Zo-  
daci Austrinus circa meridionalem mundi verti-  
cem diurno velut rotatus motu depingit. Eodem &  
ab æquatore & polo mundi Antarcticō abest spacio,  
quo Arcticus ab opposito.

Dixi autem supra tantam esse distantiam polo-  
rum Ecliptice à polis mundi, quanta est maxima So-  
lis obliquitas.

### De quinque zonis.

**Q**uatuor parallelī, quos iam descripsimus, ro-  
tum cœli conuexum versus polos in quinque  
dirimunt

dirimunt spacia, quæ quod his velut laxioribus fascijs cœlum cingeretur, ζώνας i.e. cingula Astronomi vocarunt.

Cosmographi eadem imaginatione in conuum globi terreni translata ita disposuerunt ac distribuerunt, ut cœlestibus & directe subiicerentur, & proportione congruerent.

Cœlestium Zonarum Vergilius meminit in primo Georg: cum inquit :

Quinq, tenent cœlum Zone, quarum una corusco  
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igne est :  
Quam circum extremæ dextra leuaq, trahuntur,  
Cœrulea glacie concreta & nubibus atra:  
Has inter mediamq, due mortalibus ægris  
Munere concessæ diuūm, & via secta per ambas  
Obliquus quo se signorum verteret ordo.

Cicero in somnio Scipionis terrenas describit: Cernis terram quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis, è quibus duos maxime inter se diuersos, & cœli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina vides. Medium autem illum & maximum Solis ardore torrei. Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo qui insitunt aduersa nobis urgunt vestigia, nihil ad nostrum genus. Hic autem alter subiectus aquiloni, quem incolitis, certe quam tenui vos parte contingat, vides.

QVID SVNT ZONÆ?

Zonæ

**Z**ONAE sunt orbiculares & latiores ambi-  
tus inclusi duobus parallelis proximis, vel pa-  
rallelis & mundi polis, quibus conuexum cœli terræ-  
ne cœu cingulis redimitum & circundatum in plagas  
habitationi animantium commodas & minus com-  
modas distinguitur.

### QVOTVPLICES SVNT

ZONÆ?

**Z**ONARVM aliæ sunt cœlestes, quas in conue-  
xo cœli, cogitatione Astronomi depingunt,  
aliæ terrene, & harum quidem aliæ temperatæ, aliæ  
intemperatæ. Nam cœlestes cum sint omnium qua-  
litatum elementarium expertes, similitudine qua-  
dam dicuntur temperatæ aut intemperatæ, seu ut  
Græci loquuntur diuina non iherigia.

### QVOT SVNT INTEMPE-

RATÆ?

**T**RES, Torrida, & due frigidæ, ut Quid. 1.  
Met. inquit:  
Totidemq; plague tellure premuntur  
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:  
Nix tenet alta duas.

### D E T O R R I D A.

**T**ORRIDA intemperata media est, & utrin-  
que itineris Solaris limitibus, quos duo Tropi-  
ci constituant, includitur 47. grad. in cœlo, utring;  
vero ultra citraq; æquatorem, qui in torrida medi-  
am sedem obtinet, 23. Grad. 30'. In terræ conuexo  
miliaria Germ. 705. complectitur.

Est

D E C I R C U L I S  
EST NE TORRIDA ZONA  
HABITABILIS?

**P**tolemæus lib. 2. de proprietatibus parallelorum recitat quorundam opinionē, qui contendunt torridam non esse incommodam vite animantiū: verba Ptolemaei sunt: Quidam affirmant habitationes non incommodas sed bene temperatas esse sub æquatore hoc argumento permoti, quod Sol neq; in verticalibus signis diu commoretur, cum celerrimæ sint conuersiones in signis æquinoctialibus, ut obseruationes & tabulae declinationum ostendunt, neg, in tropicis idem Sol procul à vertice distet. Ex his causis ratiocinatur non modo aestatem sed & hyemem satis commodam esse. Sed Ptolemæus mox refutat hanc opinionem inquiens:

Τις δὲ εἰσὶν αἱ οἰκήσεις, οὐκ αἱ ἔχοι μόρι πεπεπλέως εἰπεῖν. ἀλεκτοὶ γάρ εἰσι μεχεῖται δεῦροις ἀπὸ Ήλίου καθ' ιμάς οἰκημένοις, οὓς γίνοσιν ἄνθες μᾶλλον ή ἴσοριαν ιγύσαις Τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν.

Quæcum ita sint usitatam opinionem & tot seculorum firmatam consensu amplectamur, & hanc Zonam aut omnino inhabitabilem aut certe difficulter habitabilem esse statuamus, cum radijs Solis directis subdita sit, & tūq; nimio ac perpetuo torreatur.

D E F R I G I D I S.

**E**xrema frigida intemperatæ, extremis mundi subiixæ verticibus & in acumen fastigiatae temperatas claudunt, quæ pruina perpetuo & glacie rigent.

Qus

**QVÆ EST CAVSA HVIVS IN-  
TEMPERATÆ CONSTITVTIONIS?**

**Q** Via in his Zonis nulla fit radiorum reflexio. **A**equabiliter enim à terra distantes protenduntur in infinitum. Ideo Zone illæ perpetuo squalent horrentq; & stupent frigore, & nebulis caligant continuo. Cæterum intemperata Borea à 66 grad: 30'. latitudinis septentrionalis incipiens polo arctico finitur. Austrina ab eodem latitudinis meridianæ termino exorsa in Antarcticum polum desinit.

**QVOT SVNT TEMPERATÆ?**

**T**orridae Zone utrinque vicinæ sunt duæ temperatæ, una Septentrionalis, Altera Austrina ut Ouid: primio, Met: dulcissime inquit: Nix tenet alta duas, totidem inter utræq; locauit, Temperiemq; dedit mixta cum frigore flamma. Utriusq; initia calidiora, extrema frigidiora, media exquisite temperata sunt.

**QVÆ EST CAVSA HVIVS  
TEMPERAMENTI?**

**V**Era causa huius rei est radiorum Solis reflexio. Ut enim in torrida Zona fit reflexio ad angulos rectos, qui velut duplicati adeo intenduntur, ut incendant, vrant, & consumant. Ita in Zonis temperatis reflexio fit ad angulos obliquos, qui temperatum calorem cident & gignunt. Est autem reflexio, rady ab obstaculo solidiore, penetrationem prohibente, repercussio quædam & reuerberatio. Quo igitur

F

radij

radij sunt directiores, eo vim habent et efficaciam maiorem.

### QVANTVM SPACII IN TER- RA OCCUPANT TEMPERATÆ?

**V**Triusque temperatæ latitudo est 43 grad. ferme miliarium Germ: 645. stadiorū vero 21500.

Septentrionalis inchoatur à Tropico Cancri & arctico circulo seu gradu latitudinis 66° 30' finitur.

Austrina à tropico capricorni ad Antarcticum circulum seu Austrinæ latitudinis grad. 66° 30' pretenditur.

### QVI NOMINANTVR ἀμφίσκοις, ἐλεγότοις καὶ περισκοῖς?

**Q**ui Zonam torridam incolunt ἀμφίσκοι vo-  
cantur, quia Sol bis transfit per ipsorum ver-  
ticem. Ut autem umbræ meridianæ nullæ sunt quan-  
do Sol est in principio Arietis aut Libræ: Ita reli-  
quis anni temporibus aut versus meridiem, aut ver-  
sus boream illæ sparguntur Sole ad alterutram mun-  
di plagam accedente. Qui temperatas incolunt,  
ἐλεγότοι nominantur, quod versus unum tantum  
cardinem perpetuo umbræ illorum meridianæ spar-  
guntur. Ac primus quidem ἐλεγότων parallelus per  
Syenen describitur, qui distat ab æquatore partibus  
23. 51'. Etsi enim die solstitiali meridianam um-  
bram nullam habent incolentes hunc parallelum: ta-  
men reliquo anni tempore semper versus boream  
umbræ meridianæ sparguntur.

Postremo, habitantes in utraque intemperata  
περι-

*wigis* appellantur, quod umbræ eorum velut in orbem circumaguntur in plano terræ. Est autem primus parallelus *wigis*, ubi maximus dies est horarum 24 qui distat ab æquatore grad. 66 8' 40".



## T E R T I A P A R S D O C T R I N Æ S P H Æ-

R I C A E.

### De ortu atq; occasu stellarum fixarum.

D E M O T V O C T A V Æ

S P H Æ R Æ.

De *Væ* sunt cause, propter quas motus fixarū stellarum nondum exploratae perceptus & cognitus est. Una est quia stellæ fixæ tardissime mouentur, Altera, quia hic motus sero ab artificibus observatione notatus est. Nam Hipparchus qui fuit ante

Ptolemæū annis 266 primus deprehendit inerrantes stellas aliquo motu progredi, ut testatur Plinius lib. 2. cap. 26. Cæterum Ptolemæus in lib. 7. hac methodo utitur explicans doctrinam de motu octauæ Sphæræ. Primum docet stellas fixas semper æqualiter distare inter se & in Zodiaco & extra Zodiaca.

Deinde ostendit stellas fixas alio motu præter diurnum agitari & paulatim in consequentia, id est, iuxta signorum seriem ab occasu versus ortum procedere.

Tertio addit has stellas declinationem mutare, non latitudinem, eamq; mutationem fieri super polis eclipticæ, non æquatoris.

Postremo colligit has stellas promoueri centum annis uno gradu. Hæc summa est explicationis apud Ptolemæum in lib. 7. Nunc de singulis hypothesibus pauca dicamus.

### DE PRIMA.

**P**rimam sententiam de æquali distantia stellarum fixarum inter se non solum in Zodiaco, sed etiam extra Zodiaca Ptolemæus multis exemplis insignium stellarum confirmat. Sed nos breuitatis causa duobus exemplis contenti erimus.

Linea recta ducta à splendidis, quæ sunt in medio collo Leonis, ad splendidam in hydro intercipit eam quæ in corde Leonis est.

Sic linea quæ protrahitur à spica seu arista ad stellam, quæ in capite Bootæ est, Arcturum intercipit.

### DE SECUND A.

**V**Thæc hypothesis intelligatur, necesse est monstrari discrimen inter principium signi, quod vocamus Arietem, & primam stellam Arietis. Sciant ergo studiosi proximos 30 gradus æquinoctio verno attribui dodecatemorio Arietis. Inde proximos 30 dodecatemorio Tauri & sic consequenter.

Primam vero stellam Arietis alias præcedere vernum æquinoctium, alias esse in ipsa intersectione verna, alias ultra eam procedere versus solsticij punctum, ut Thaletis ætate præcessit hac stella vernam sectionem duobus gradibus fere. Metonis Attici tempore fuit in ipsa intersectione verna.

Nostra ætate eandem non modo superauit, verum ultra etiam 27 partibus processit versus solsticij punctum. Ex quo perspicuum est aliud esse initium signi Arietis, aliud primam stellam Arietis.

Etsi autem exemplum de prima stella Arietis sat is declarat & confirmat secundam hypothesis de progressionе stellarum fixarum in consequentia: tamen aliud exemplum de spica virginis addam, quam Timocharis reperit ante æquinoctium autumnale 8 partibus. Postea Hipparchus sex tantum. Ptolemaeus tribus tantum partibus cum triente, id est, 20 scrupulis primis ab eodem æquinoctio abesse, à quo tamen hac nostra ætate recessisse cognoscitur 17 partibus.

### DE TERTIA HYPOTHESI.

**O**bseruationes aliquot seculorum ostendunt latitudinem stellarum fixarum esse immotam, declinationem vero earundem mutari. Est autem

*latitudo ( ut hoc obiter dicam ) distantia stellæ ab ecliptica versus alterutrum polorum. Declinatio est distantia ab æquinoctiali.*

Ceterum mutatae declinationis illustre exemplum præbet stellæ posita in extremitate caudæ Cynosure seu uræ minoris , quæ Hipparchi tempore distabat à polo æquatoris supra 12 partes , sicut & Ptolemaeus in sua Geographia narrat lib. 1. cap. 7. Hodie vero tantum quatuor partibus inde abest , unde polaris stellæ iam vocatur.

### Aliud exemplum.

Basiliscus seu stella in corde Leonis parum recedit ab Ecliptica scilicet sextante unius partis ( 10. Scrup : primis ) ad boream , eamque latitudinem tot seculis non mutauit. At eiusdem declinatio alia deprehensa est alijs temporibus. A Timocharide quidem Borealior 21 partibus cum Triente ( 20' ) Ab Hipparcho 20 partibus cum Besse ( 40' ) A Ptolemeo 19 partibus cum semisse & triente ( 50' )

### DE QVARTA HYPOTHESI.

**C**ertum est ab Hipparcho usque ad Ptolemeum progressas esse stellas fixas centum annis una parte Zodiaci. Etsi autem id perpetuum fore arbitratus est Ptolemaeus: tamen posteriores observationes ostendunt inquam esse hanc progressionem stellarum fixarum hoc est, alias velociorem, alias tardiorum. Nam inter Menelaum & Albategnium unum gradum peragrarunt 66. annis teste Albategnio cap. 51. Copernicus deprehendit eas confidere unum gradum 72 annis.

**DE VERIS LOCIS STELLARVM FIXARVM AB AEQUINO-**  
**ETIO APPARENTI INVESTIGANDIS.**

**N**on difficile est pronunciare, in qua parte cuiusque dodecatemoriū ab apparenti æquinoctio stellæ fixæ versentur. Nam in Canonica expositione stellarū inerrantium (quæ extat in tabulis Prutenicis & apud Ptol. lib. 7. & 8.) loca earum secundum longitudinē à prima stella Asterismi Arietis numerantur.

Singulis igitur ipsarum numeris adiungito veram æquinoctij verni præcessionem, id est, distantiam primæ stelle Arietis à verno æquinoctio, quæ hoc tempore est partium 27. Scrup: primorum 36. secundorum 28.

Mox enim colliges distantiam stellæ ab apparenti æquinoctio in partibus 360 circuli, quas si per tria cada coagmentaueris, apparebit in quo dodecatemorio & in qua parte eius stella versetur.

Ut si hoc tempore queratur verus locus Basilisci, quæ est stella in corde Leonis ab apparenti æquinoctio, longitudo eius stellæ à prima in capite V est partium 115.50' quibus adiecta vera præcessio. 27.36' 28". Conficit partes 143. 26' 28". Distat ergo Basiliscus ab apparenti æquinoctio partibus 143. 26' 28", id est, Quatuor dodecatemorijs 23 grad. 26' 28".

Similiter longitudo seu distantia spicæ virginis à prima stella Arietis est partium 170 quibus addita vera præcessio ostendit distantiam eiusdem spicæ ab apparenti æquinoctio part: 197.36' 28", id est, spica versatur in 17 grad. 36' 28". Sic longitudo cancri seu syri est 71 partium ó quibus addita vera præcessio

ostendit distantiam eiusdem ab apparenti æquinoctio  
part: 98.36' 28" id est, Canis versatur in 8 Cancri.

## DE SPECIEBVS ORTVS ET OCCASVS POETICI.

**T**ria sunt ortus & occasus stellarum discrimina  
Matutinus, Vespertinus, & Heliacus. Aut  
enim stella cum Sole vel paulo post Solem exoritur,  
aut cardinem occidentis subit Sole oriente. Hic aspe-  
ctus stellarum ad Solem primam speciem ortus & oc-  
casus poetici constituit. Aut stella merito Sole in oc-  
cidua aquæ orientis cardinem luce sua illustrat  
in principio noctis: Aut cum Sole vel paulo post sub  
occasum defertur. Hæc altera differentia ortus &  
occasus poetici à principio noctis sumitur.

Postremam differentiam Sol efficit, quando stella-  
rum fixarum quasdam accessu fulgoreq; suo tegit atq;  
abscondit, & aliquanto post easdem à tergo relin-  
quens, ante exortum velut lucis indices præmittit.

Hæ species luculentis versibus à Stiglio explicata  
sunt,

*Cosmicus Eoiscum Sole ascendit ab undis,*

*Cosmicus Hesperijs mane notatur aquis.*

*Emicat Heliace sidus, Sol quando recedit,*

*Heliace admoto sidera Sole latent.*

*Tollitur Acronycho sub vespere sidus in ortu,*

*Post Solem Acronychus sidera casus agit.*

**QVARE ORTVS ATQVE OC-**

**CASVS STELLARVM FIXARVM**

**vocantur poetici?**

*Quia*

**Q**uiapoëte, ut Homerus, Hesiodus, Theocritus, Vergilius, Ouidius & alijs his frequentor utuntur in designandis vicibus temporum & momentis aliarum maximarum rerum: Neque vero hi Solum indicant & discernunt articulos temporum & rerum tum gerendarum tum gestarum notis cœlo impressis, sed etiam historiographi & rei rusticæ scriptores, ut Columella, Plinius & similes.

**QVID EST ORTVS MATVTINVS SEV COSMICVS SEV  
ἀναλογὴ ἡῶ?**

**E**st quando stella cum Sole vel paulo post Solem exoritur, ut canicula seu siriüs cum 17<sup>o</sup> i Augusti supra nostrum Horizontem assurgit. Nam stellæ Austrinæ cum puncto verum locum sequente ascendunt, Boreales cum puncto verum locum precedente emergunt.

Cum quibus autem punctis Ptolemæi tempore Romæ vel Alexandriae ascenderint vel descenderint ostendet tabula utilis ad intelligentiam Plinij, Vergilij, Ouidij, Columellæ, Varronis & similium, notata litera A.

**REGVLÆ CATHOLICÆ.**

- I. Si coincidit locus stellæ cum loco Solis, ortus Cosmicus vel occasus Acronychus intelligendus erit,
- II. Si opponitur, occasus Cosmicus vel ortus Acronychus intelligendus erit.

**EXEMPLVM ORTVS**

c o s m i c i .

F s

Pleiadum

**P**Leiadum ortus matutinus, Æstatis initium 10.  
Maij. Plinius lib. 18. Ouid. i. Fastorum :  
Pleiadas aspicias omnes totumq; sororum  
Agmen ubi ante Idus nox erit una super.

**QVID EST OCCASVS MATV-**  
**TINVS SEV COSMICVS SEV**  
**dūcis ēās?**

**E**st quando stella cardinata occidentis subit Sole  
è regione illucescente.

Exemplum.

Ouid. i. Fastorum :

Octipedis frustra querentur brachia cancri,

Præceps occiduas ille subibit aquas.

Utrung, hic expressum est, occasus species (matu-  
tini scilicet) & tempus. Nam de tempore, id est,  
de tertio Ianuarij in proximis versibus dicitur,

Ergo ubi nox aderit venturis tertia Nonis

Sparsaq; cœlesti rore madebit humus.

Species vero occasus describitur in Pentametro :

Præceps occiduas ille subibit aquas.

Est enim ☽ oppositus ☽.

Aliud exemplum.

Ouid. i. Fastorum :

Sidere ab hoc ignis venienti nocte Leonis,

Qui micat in medio pectore mersus erit.

Loquitur de occasu Cosmicō. Quia ☽ opponitur  
☽, Oriente igitur Sole in ☽, necesse est Leonem  
Cosmice occidere.

**QVID**

QVID EST ORTVS VESPER-  
TINVS SEV ACRONYCHVS SEV  
ἀνδροὶ ἡσπερία οὐδὲ ἀκρόνυκλος;

Est quando stella in principio noctis ( $\alpha$ ν $\epsilon$ ωνυχῶς)  
 supra orientis cardinem attollitur & emicat.  
 Exemplum.

Ouid: 6. Fast: Tunc oritur magni præpes adunca Iouis. Tempore definito videlicet cal: Iunij deinceps querendum est de ortus specie. Oritur autem Romæ Aquila cum 10 ♫. Quare cum hoc signum opponatur signo **II** intelligendus erit ortus Acronychus iuxta secundam regulam in titulo de ortu Cosmico traditam.

QVID EST OCCASVS VES-  
PERTINVS SEV ACRONYCHVS  
seu δύσις ἡσπερία vel Ανέρωνυκλος

Est quando stella cum Sole vel paulo post sub occasum defertur. Ideo stellæ quæ Cosmice oriuntur, occidunt  $\alpha$ ν $\epsilon$ ωνυχῶς. Et quæ in principio noctis emergunt, occident Cosmice iuxta vulgares versiculos:

Cosmice descendit signum quod Acronyce surgit  
 Cronice descendit signum quod Cosmice surgit.

Exemplum Ouid. 2. Fast.

Illa nocte aliquis tollens ad sidera vultus  
 Dicet, ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri.

Item.

Quem modo celatum stellis Delphina, videbas,

Is fu-

*Is fugiet visus nocte sequente tuos.*

*Lyra occidit Romæ cum 2 Aquarij. Delphin cum 15 eiusdem. Ergo iuxta primam regulam de ortu Cosmicō significatur occasus Acronychus.*

QVID EST ORTVS HELIA-  
CVS SEV ἡπέλοη  
*Latine emersus?*

**E**st quando stella quæ vicini Solis radijs tecta latuerat, profert se in emersum, & mane ante exortum ☉ lucet ac conspicitur.

*REGVLA DE ORTV  
 HELIACO.*

**O**rthus Heliacus Cosmicum aliquot diebus sequitur, quibus ad ortum Cosmicum adiectis, Heliaci tempus colligitur. Ut Pleiades latent 40 dies teste Hesiodo lib. 2 tectæ radijs ☉. Hinc estimari potest quantum sit temporis ab occasu Heliaco ad ortum Heliacum.

*Exemplum Ortus Heliaci.*

Ouid: 6 Fast: Postera lux Hyadas taurinæ cornua Euocat, & multa terra madescit aqua. (frontis Hic tempus expressum est videlicet initium Iunij, cumque tempus notum sit de ortus specie querendum est.

Constat autem Romæ cum ♀ 21 tauri oriri Hyadas & cum 10 eiusdem occidere. Igitur ☉ ad **II** accedente mane, incipiebant conspici in fine Maij aut circa principium Iunij.

QVID

*QVID EST OCCASVS HE-*  
*LIA CVS GRÆCE*  
*κεύψις καὶ ἀφάνιτος Latini-*  
*ne occultatio?*

**E**st quando stella quæ post Solis occasum apparuerat, supra cardinem occidentis, fulgore Solis accendentis propius obscurata, evanescit ex oculis, occultaturq; & latet aliquandiu. Incipiunt autem tegi atque abscondi & aperiri rursus ac detegi stellæ fixæ primæ magnitudinis Sole 12 gradibus distante. Secundæ magni: eodem 13 distante partibus. Tertiæ 14. Quartæ 15. Quintæ 16. Sextæ 17. Nam & minutissimæ quæque stellæ ☽ 18 gradibus sub occasum amoto, emicant.

Ex planetis ℌ 11 ♍ decem & undecim & semisse ♀ quinque ♀ 10 graduum interuallo seiuinctus à ☽ prodit in conspectum.

*REGVLA DE OCCASV*  
*HELIACO.*

**H**eliacus occasus Acronychum aliquot diebus precedit, hi deducti ab Acronycho occasu relinquent tempus occasus Heliaci.

*Exemplum.*

Georg: 1. Et aduerso cedens canis occidit astro.

Canicula seu sirus stella in ore canis maioris, nostro tempore in 8 gradu ☽ consistit & ab Ecliptica fere 40 grad: abest versus meridiem. Eadem stella tempore Vergili erat in 16 vel 17 II. Quia Ptolemei tempore, ut supra dictum est in secunda hypothesi de

thesi de motu octauæ Sphæræ, stellæ fixæ 20 fere grad. progressæ sunt iuxta signorum seriem ab occasu versus ortum, ut ostendit prima stella arietis, quæ tempore Ptolemæi fuit in 6 grad: post vernam intersectionem. Nostra ætate 27 partibus processit versus solsticij punctum. Quare cum Sol peragraret signum & cœpit Vergilij tempore syrius occidere Heliace, id quod nostra ætate in II fieri solet.

Quod autem de hoc exemplo dixi, id transformetur in regulam uniuersalem. Cum enim à tempore Ptolemæi usque ad nostram ætatem loca stellarum fixarum mutata sint, necesse est ad enarrandos versus Poëtarum de ortu & occasu stellas collocari in ijs signis & gradibus in quibus fuerunt tempore Poëtarū.

## AD MONITIO DE ENARRANDIS DICTIS POETARVM, HISTORICORUM & REI RUSTICÆ SCRIPTORUM, IN QUIBUS ORTUAM & OCCASUUM SPECIES INDICANTUR & DISCERNUNTUR.

**O**MNES scriptores solent vel tempore expresso speciem ortus aut occasus generatim indicare, vel tempore non definito ortus aut occasus speciem aliqua circumstantia designare, ut inde tempus estimari possit artificiose coniectura.

I. Tempore explicato, ortus vel occasus species peruestigabitur, loco Solis ad tempus ab autore definitum inquisito, & ad hunc puncto Eclipticæ quo cum stella oritur vel occidit collato. Huc pertinent due regulæ catholicæ recitatæ de ortu Cosmicō.

Porro

Porro locum solis nostra aetate motuum tabule aut Ephemerides monstrant, sed ad vetusta Ptolemaei tempora congruentem tabella B. exhibebit.

Tempore non designato, ex ortus vel occasus specie periphrasi aliqua denotata tempus estimabitur. Ac primum quidem appellationes Graecæ diligenter expendantur, ut ἐπίλοιψιν sine villa dubitatione ortum Heliacum significat, ut in dicto Polybij libro i. pag. 10 μῆλαξὺ γὰς ἐποιέσθιο τὸν πλοῦν θεὸν ὁρίων νομούς εἰσιλοῖς, ὅνδιν προσέχειν τὸν λεγομένον. Et ortus sine epitheto uniuersaliter occasum Cosmicum significat, ut in versu Hesiodi lib. 2.

πληιάδες δ' ὑαδεῖσι τότε θείοις ὀρίωνος δύνασιν. Deinde diligenter ortus vel occasus species cuius mentio fit, consideretur.

III. Punctum Eclipticæ quo cum stella erigitur vel deuoluitur peruestigetur. Si enim ortus matutinus vel occasus vespertinus exprimitur, stellæ locus cum loco solis congruit. Si occasus Cosmicus vel ortus vespertinus, stellæ locus Soli opponitur.

Ambo igitur coniuncta, & ortus vel occasus species, & stellæ locus solis locum ostendent, hic vero tempus indicabit.

## II. LOCVS.

# De Ascensionibus & Descentibus signorum Zodiaci.

QVÆ

QVÆ EST HVIVS DOCTRINA  
NÆ V T I L I T AS?

**P**rodest hæc doctrina ad explicandas causas Anomalie dierum tum naturalium, tum artificialium, quas explorate perceptas & cognitas habere non solum in Astronomia, sed etiam in omni vita magnum decus est.

Sunt autem duæ præcipue cause inæqualitatis dierum naturalium. Prior est anomalia motus Solis, qui tardior est in aestuo semicirculo quam in hyberno. Propter hanc causam dies naturales æstate minores sunt quam hyeme.

Altera causa inæqualitatis dierum est obliquitas Zodiaci. Nam etiamsi Sol æqualiter moueretur in Zodiaco: tamen quia Zodiaci partes non æqualiter ascendunt, variari tempora necesse est, ut in doctrina de ascensione signorum mox dicetur.

QVID EST ASCENSIO?

**A**scensio signi vel cuiuscunque arcus Zodiaci, dicitur portio æquatoris quæ cum eo signo vel arcu cooritur. Ut in Sphæra recta cū Ariete oriuntur gradus æquatoris 27. 54'. In obliqua ad altitudinem poli 51. cum eodem signo oriuntur æquatoris partes 13 21'.

QVID EST DESCENSIO?

**D**escensio signi vel alicuius arcus Zodiaci dicitur portio æquatoris, quæ cum eo signo vel arcu una demergitur, ut in Sphæra recta perpetuo congruit descensio signi seu arcus cum ascensione.

QVO-

**QVOMODO DISTINGVVN-**  
**TVR ARCVS ZODIACI?**

**C**ontinui vocantur, qui à puncto intersectionis  
 vernalis continua serie numerantur, ut **VIII**.

Discreti vero qui à quouis alio Eclipticæ puncto  
 inchoantur, quam à signo Äquinoctiali verni seu in-  
 tersectione Eclipticæ & Äquatoris, ut à principio  
 Tauri 60 Gra:

**CVR IN ÄQVATORE ET**  
**NON IN ZODIACO NVMERAN-**  
**tur Ascensiones & Descensiones?**

**Q**uia motus Äquatoris est maximè regula-  
 ris. Nam de Äquinoctiali singulis horis  
 emergunt 15 Gradus, Quouis horæ quadrante tres  
 Grad: & 45 Scrupula, Quibus suis quatuor scrupu-  
 lis horæ, 1. grad: Denique quouis uno horæ scru-  
 pulo 15. scrupula unius gradus, totidemque eodem  
 tempore occasum subeunt. Oportet autem mensu-  
 ram regularem seu æquabilem & perpetuo sui simi-  
 lem esse. Ideo in Äquinoctiali numerantur ascen-  
 siones & descensiones. Nam Zodiacus non potest esse  
 Canon sui ipsius propter dissimilem & inæqualem  
 motum.

**QVOTVPLEX EST AS-**  
**CENSIO?**

**A**lia in Sphera recta, alia in Sphera obliqua.  
 Recta ascensio sic appellatur, quia Äquator  
 cum Horizonte recto angulos rectos Sphericos con-  
 format.

format. Obliqua quia Äquator cum Horizonte obliquo angulos efficit ac conformat obliquos.

*Ascensio recta signorum.*

V	27	54'	II
IX	29	54	m
Discreti	III	32	f
arcus	II	32	b
VI	29	54	w
mp	27	54	X

*Continua distributio qualis est in tabula rectarum ascensionum.*

V	27	54'	II	207	54'
IX	57	48	m	237	48
II	90	0	f	270	0
II	122	12	b	302	12
VI	152	6	w	332	6
mp	180	0	X	360	0

*Ascensio obliqua signorum ad altitudinem poli s.i.*

V	13	21'	X	II	42	27'	mp
IX	17	25	w	m	42	23	VI
II	26	45	b	f	37	39	II

*Continua distributio.*

V	13	21'	II	222	27'
IX	30	46	m	264	50
II	57	31	f	302	29
II	95	10	b	329	14
VI	137	33	w	346	39
mp	180	0	X	360	0

QVÆ

**QVÆ PARTES ZODIACI**  
**DICUNTUR RECTE AVT**  
**oblique ascendere?**

**R**ecte ascendunt cum quibus maior Äquatoris arcus cooritur quam est Zodiaci. Ideo autem recte oriri dicuntur, quod cum horizonte angulos vestis fere similes conficiunt.

Oblique ascendere dicuntur cum quibus pauciores de Äquatore gradus attolluntur. Neg, vero in eam opinionem discedant studiosi, ut existiment idem esse ascensionem rectam & recte ascendere. Item obliquam ascensionem & oblique ascendere.

Quia in tabulis ascensio recta appellatur quæ ad Sphaeram rectam congruit, & monstrat quomodo signa in ea ascendant & descendant. Ascensio obliqua quæ depromit ex tabulis altitudinem poli habentibus, videlicet à primo gradu usque ad sexagesimum. Ceterum signa & arcus Zodiaci ascendunt recte & oblique non solum in Sphaera obliqua, sed etiam in recta, ut ostendunt exempla utriusque ascensionis paulo ante proposita.

Sciant autem studiosi in Sphaera recta quatuor tantum signa recte, quorum duo virgine punctis duobus solstitialibus contigua sunt **II** **IX** **X**, reliqua octo oblique oriri. In Sphaera autem obliqua sex signa oriuntur recte, videlicet quæ initio Cancri usque ad finem Sagittarij succedunt, reliqua sex oblique. Nam cum illis plus oritur de aequinoctiali, cum reliquis minus, eoz maior est diuersitas, quo obliquitas Sphaeræ, polo altius educto, augetur amplius.

# REGVLÆ ASCENSIONVM

## IN SPHÆRA RECTA.

### I.

**I**N Sphæra recta quadrantes à punctis cardinalibus inchoati, eodem momento & aquabiliter oriuntur cum quadrantibus æquatoris confinibus.

Exempla in tabula ascensionum rectarum obvia sunt, cum quoquis enim Zodiaci quadrante 90 æquatoris gradus emergunt.

**II.** Partes autem illorum quadrantū propter variam & diuersam obliquitatem seu declinationem dissimiliter oriuntur. In quadrantibus enim initio Arietis & Libræ succendentibus, si à communi intersectione initium sumatur, & arcus confines inter se conferantur, perpetuo de Zodiaco plus, minus de æquatore emergit, ut cum Ariete tantum emergunt 27 54' cum 8 29 54'. In quadrantibus vero succendentibus punctis solstitialibus, initio facto à coluro solstitionum, contra plus de æquatore, minus de Zodiaco prodit, ut cum 20 5 10, item cum proximis signis II & ♫ prodeunt 32 12'.

**III.** Signa ergo & partes signorum, vel etiam quilibet arcus eclipticæ aliunde quam à punctis cardinalibus inchoati, quo sunt propiores punctis æquinoctialibus, eo obliquius, quo magis ab his recedunt, & solstitialibus admoentur proprius, eo rectius oriuntur. Aspiciant studiosi tabellam de recta ascensione signorum supra propositam, in qua cernent V & 8 oblique, II & 20 recte oriri.

**III.** Partes Eclipticæ æquales equaliter ab aliquo punctorum

punctorum cardinalium distantes, ascensionibus conueniunt.

Sic ascensio **V** æquatur ascensioni **X**, utriusque enim ascensio est 27 54'. Ascensio **II** ascensioni **IX**. Ut riusque enim est 32 12'. Sed exempla tabule suppeditant.

### πόρισμα. I.

Signa opposita in Sphæra recta habent ascensiones aequales.

Tabella de oppositis signis in Sphæra recta.

<b>V</b>	27	54	<b>W</b>
<b>X</b>	29	54	<b>m</b>
<b>II</b>	32	12	<b>†</b>
<b>IX</b>	32	12	<b>b</b>
<b>Q</b>	29	54	<b>w</b>
<b>mp</b>	27	54	<b>X</b> .

### πόρισμα. II.


Descensio signi in Sphæra recta conuenit cum ascensione eiusdem.

PROPOSITIO A PTOLE-  
MÆO DEMONSTRATA IN  
fine libri primi.

De inuenienda ascensione recta cuiuslibet arcus siue continui siue discreti, hoc est, de compositione tabulæ rectarum ascensionum.

Proportio sinus complementi declinationis puncti arcum ecliptice terminantis ad sinum comple-

menti eiusdem arcus Ecliptice, est sicut sinus totus ad sinum complementi ascensionis rectæ inuestigande.



Sit  $\zeta$  sinus complem: declin: puncti arcum Eclipticæ terminantis  $\alpha$  &  $\beta$ . sinus complementi eiusdem arcus ecliptice. Sit item sinus totus  $\varepsilon \alpha$  &  $\theta$ . sinus complementi ascensionis rectæ. Dico quod sinus  $\zeta$  ad

sinum  $\alpha \beta$  est sicut sinus totus ad sinus  $\alpha \theta$ . Nam per Sphericum θεωρημα in lib: 1. proportio sinus  $\varepsilon \alpha$  ad sinus  $\alpha \theta$ . componitur ex proportione sinus  $\varepsilon \beta$  ad sinus  $\beta \alpha$  & sinus  $\varepsilon \zeta$  ad sinus  $\zeta \theta$ .

Est autem tertius sinus  $\varepsilon \beta$ . sexto aequalis  $\zeta \theta$ . Ergo per 6. περὶ συνθέσεως λόγων, sinus totus  $\varepsilon \alpha$  ad sinus  $\alpha \theta$  est sicut sinus  $\varepsilon \zeta$  ad sinus  $\beta \alpha$ . vel  $\varepsilon \zeta$  ad  $\beta \alpha$ . ut  $\varepsilon \alpha$  sinus totus ad  $\alpha \theta$ . quod demonstrasse oportuit.

Duo signa  $\varepsilon$  in 60 grad:  $\alpha \beta$  30 sinus 5000000

$\gamma \delta \gamma$  Declin:

$\theta$  in 20 grad: 30'  $\zeta$  69 30' sinus 9366722.  
 $\varepsilon \alpha$  90 0'.

Reg: Proport:

$\varepsilon \zeta$	$\beta \alpha$	$\varepsilon \alpha$
9366722	5000000	1000000.

περὶ βαθμῶν

in βάθος μέγος προ αθ 5328763, hoc est, 32 12'.

*Subtractio.*

$$\begin{array}{r} \varepsilon \alpha & 89 & 60 \\ \alpha \theta & 32 & 12 \\ \hline \theta \varepsilon & 57 & 48. \end{array}$$

*Quasitum.*

## DE ASCENSIONIBVS

IN SPHÆRA OBLIQVA.

Duo Lemmatia demonstrata à Ptole-  
mæo libro 2. pag: 33.

### I.

**A** Qualiter distantes arcus ab eodē puncto equinoctialis equaliter ascendunt.

Itaq, equaliter ascendunt hæc

Sex signa.	V	X
	VIII	≡≡
	II	b
	V	♫
	VI	m
	III	≡≡

Exemplum prioris Lemmatij ad  
altit: poli 51.

V 13 21'	X	≡ 42 27	m
VIII 17 25	≡≡	m 42 23	VI
II 26 45	b	♫ 37 39	V

**II.** Equaliter distantes duo arcus ab eodem punto Tropico, coniuncti, habent eandem ascensionem in Sphæra obliqua, quam habent in Sphæra recta.

Exemplum alterius Lemmatij ad eandem altitudinem.

	Recta.	Obliqua.	
I.	II 32 12	I.	II 26 45
	8 29 54		8 17 25
II.	II 32 12	II.	II 37 39
	8 29 54		8 42 23
	<hr/> 124 12		<hr/> 124 12

## REGVLÆ ASCENSIONVM IN SPHÆRA OBLIQVA

### I.

**I**N Sphera obliqua tantum duo Zodiaci hemicyclia, quæ à punctis æquinoctialibus principium ducent, cum duobus æquatoris hemicyclis confinibus pariter assurgunt. Cum enim mutuo se contactu in oppositis æquinoctiorum punctis in æqualia secent ac dirimant hemicyclia, initia & terminos eorum simul ad horizontem educi deuoluimus, necesse est. Exempla tabulæ proponunt. Etenim cum fine virginis 180 grad. æquatoris. Cum fine piscium 360 eiusdem circuli horizontem attingit ac præterit.

### II. Regula.

Partium vero in istis hemicyclis exortus emersusque insigniter variantur & differunt. In toto enim hemicyclio Zodiaci boreali, si arcus qui continuo tractu principio Arietis succedunt ac cohærent, conferentur ad arcus æquatoris finitimos ab eodem inchoatos initio, perpetuo plus de Zodiaco quam æquinoctiali

noctiali egreditur. In altero hemicyclio austrino, si continui ab intersectione autumnali arcus Zodiaci ad æquatoris arcus ab eodem deductos & estimatos initio comparentur, plus de æquinoctiali, minus de Zodiaco emergit, & fines tamen amborum hemicycliorum utriusq; circuli, qua se mutuo contingunt, simul horizontem adeunt & euincunt, ob eandem causam, quæ supra in Sphera recta recitata est. Posteriora enim signa aut supplent id, quod in prioribus desideratur, aut deficiunt eo quo priora abundant.

Ut in altitudine poli 51 cum 16 gradu V, euehitur 6 52' æquatoris, cum 16 8 21 49'. Est autem 16 8 46 gradus ecliptice, Et hæc quidem in hemicyclio boreali ita fiunt. In austrino, quod à principio ~~II~~ orditur, cum 16 ~~II~~ 22 34' æquatoris, cum 46 ecliptice seu 16 scorpij 65 13' æquatoris extollitur.

### III. Regula.

Signa vero & partes signorum Zodiaci quæcunq;, aliunde quam à punctis estimatæ æquinoctialibus, eo rectius oriuntur, quo ad punctum æquinoctij autumnalis accedunt propius, obliquius vero eo, quo ab eodem principio dissident longius.

Ut cum toto V in altit: poli 51 ascendunt 13 21'. cum ~~II~~ 26 45'. cum ~~II~~ 37 39'. cum virgine 42 27'.

### Primum $\omega\acute{\epsilon}\mu\mu.$

Signa opposita non habent ascensiones æquales in Sphera obliqua, sicut in recta. Estq; hoc precipuum discrimen Sphæræ rectæ & obliquæ.

## Secundum.

Desensio signi non est æqualis ascensioni eiusdem,  
ut ascensio virginis in alt: poli 51 est 42 27'.  
Descensio eiusdem 13 21'.

## Tertium.

Cum Zodiacus sit circulus maior & ab horizonte necessario secetur in æqualia hemicyclia, sic ut sex signa perpetuo sint supra horizontem, sex infra, sequitur cuiuslibet signi ascensionem esse descensionem signi oppositi & contra. Ideo signa recte orientia oblique occidunt & è coquero, ut virgo opponitur piscibus. Est igitur obliqua ascensio piscium descensio signi oppositi scilicet virginis. Ac principium quidem ascensionis piscium est in alt: poli 51 grad: æquatoris 346.39'. quibus subtractis à fine, hoc est, à 360. relinquuntur 13 21'. quanta est descensio obliqua signi virginis,

## QVID SVNT DIFFERENTIA

ASCENSIONALES QUARVM TAB-

bulæ adiunctæ sunt tabulis ascen-

sionum rectarum &amp; ob-

liquarum?

**S**unt portiones æquatoris, quibus ascensiones obliquæ alicuius arcus ecliptice vel excedunt ascensiones eiusdem rectas, vel ab iisdem deficiunt. Hæ portiones obliquas procreant ascensiones si in hemicyclia quidem Boreo ab ascensionibus rectis deducantur, contra vero ad rectas in opposito hemicyclo adiungantur, quæ ut intelligent studiosi, aspiciant tabellam differen-

differentiarum ascensionalium à D. Peucero, amico nostro accommodatam ad latitudinem 52 ut ad 22 grad: Scorpi occurrit differentia 25 grad: 4. scrup: Hæc ad ascensionem rectam eiusdem gradus addita quæ est 229 grad: 34'. constituit ascensionem eius obliquam in alt: poli 52 254 38'.

Discreti arcus differentiam inuestigaturus, quare utrāq; eius ascensionem rectam & obliquam.

Minori à maiori subducta, differentia reranabit, ut ascensio recta v̄ est 27 54'. Obliqua in alt: 52 est 12 48. scrup: Differentia 15 grad: 6 scrup:

## QVO CONSILIO TABVLÆ

ASCENSIONVM OBLIQVARVM

non extenduntur ultra gradus 60  
aut circiter, cum tabulæ decli-  
nationum & alie ad 90.

seu ad quadrantem  
extendantur?

**N**on difficilis est huīus quæstionis explicatio considerato terræ situ. Nam regulæ et tabulæ ascensionum hæc tenus traditæ valent usq; ad situm terra, cui polus Zodiaci in quavis diurna revolutione semel supra verticem consistit, seu mundi polus 66 grad: 30 scrup: fere attollitur.

His enim cum quotidie Polus Zodiaci motu primi cœli semel puncto verticali seu polo horizontis coniungatur, Ecliptica etiā plano horizontis velut unitur. Amoto vero polo Zodiaci à pucto verticali, necesse est planā horizontis superficie subito intersecare eclipticam

cam. Et quia ut ergo, circulus maior est, intersectio fit in hemisphæria æqualia. Unum igitur Eclipticæ hemicyclium confessim prodit in momento cum ex quo æquatoris arcu. Cum altero hemicyclio totum æquatoris segmentum reliquum emergit. Quæcum ita sint, facile intellectu est cur artifices in latitudine 60 grad. substiterint, nec ulterius in componendis tabulis obliquarum ascensionum progressi sint.

**DEMONSTRATIONES DVÆ**  
**EX SECUNDO PTOLEMÆI DE AS-**  
**censionibus obliquis, seu de composi-**  
**tione tabularum, in quibus**  
**ascensiones oblique an-**  
**te oculos propo**  
**nuntur.**

**P**Rior demonstratio pertinet ad altitudinem poli  
 45. id est, ubi altitudo poli æquatur comple-  
 mento.


*Propositio.*

Dato arcu Eclipticæ (*Quadrante minoris*) sinus complementi declinationis eius ad sinum declinatio-  
 nis, est sicut sinus totus ad sinum differentiæ rectæ &  
 oblique ascensionum.

Sit datus arcus eclipticæ ZΘ complementum de-  
 clinationis eius KΘ. Declinatio ipsa ΘH. Quadrans  
 totus ΓE. Differentia ascensionum E H.

Dico, quod sicut sinus KΘ ad sinum ΘH. Ita sinus  
 totius arcus ΓE ad sinum EH.

ZΘ arcus



$Z\Theta$  arcus Eclipticæ  $ZH$ . ascensio recta  $ZE$ . ascensio obliqua.  $\Theta H$  decl: arcus  $Z\Theta$ . Nam  $\Theta$  punctum eclipticæ  $H$  æquatoris. Nam proportio sinus  $K\Delta$ . ad sinum  $\Delta\Gamma$ . componitur

ex proportione sinus  $K\Theta$  ad sinum  $\Theta H$  & sinus  $HE$  ad sinum  $E\Gamma$ . (per Sphæricum τεώρημα καὶ διαιρετον) Est autem sinus primus  $K\Delta$ . sinus secundo  $\Delta\Gamma$ . æqualis (per hypothesin) Ergo sinus tertius ad quartum sicut sextus ad quintum (per 7 propos: περὶ συγθέσεως) hoc est sinus  $K\Theta$  ad sinum  $\Theta H$  sicut sinus  $\Gamma E$  ad sinum  $E H$ . Quod demonstrasse oportuit.

Exemplum in elevatione poli  $45^{\circ}$ .

$Z\Theta$ arcus Eclipticæ $60^{\circ}$	Reg: Proport:
$ZH$ Ascensio recta $57^{\circ}48'$	$K\Theta \Theta H E\Gamma$ .
$ZE$ Ascensio obliqua quæsta in elevat: $45^{\circ}$ .	9386937.3447522.100000 3447522000000. $EH$
$\Theta H$ Decli: arcus $Z\Theta 20^{\circ}10'$ cuius sinus $3447522$ .	9386937 ( $3672$ . hoc est $2132'$
$K\Theta$ Com:decli: $\Theta H 69^{\circ}50'$ sinus $9386937$ .	Subtractio.
$E\Gamma 90$ Sin: $1000000$ .	$ZH 57^{\circ}48'$ vel ut Re- $EH 21^{\circ}32'$ giom. ha- $36^{\circ}16'$ bet $36^{\circ}13'$ .


DE

**DE RELIQVIS OMNIBVS**  
**LOCIS PROPOSITIO GENERA-**  
**lis, id est, ubi K. Δ. Δ. Γ. sunt**  
**inæqualia.**

**A**rcum E H appellabimus differentiam æqualitatis in regione cuius polus attollitur 45 grad. Eundem in alijs regionibus appellabimus differentiam inæqualitatis.

**Propositio.**

*Arcubus Eclipticæ utrobiq; datis æqualibus erit sicut sinus complem: altitudinis poli ad sinus altitudinis poli: Ita sinus differentiæ æqualitatis ad sinus differentiæ inæqualitatis.*



Sit  $\gamma \delta$  complem: altitudinis poli  $\delta \pi$ . Altitudo poli  $51$  grad: Sit item  $\epsilon \eta$  differentia inæqualitatis, id est, arcus quo differt, ascensio recta ab obliqua in tali regione, dato arcu Eclipticæ  $\zeta \theta$  qui

fit æqualis superiori. Dico quod sicut sinus  $\gamma \delta$  ad sinus  $\delta \pi$ : Ita sinus differentiæ æqualitatis  $E H$  ad sinus differentiæ inæqualitatis  $\epsilon \eta$ . Primo autem manifestum est cum declinatio æqualium arcuum ab  $\Gamma$ . sit eadem in omni regione & arcus  $Z \Theta$  arcui  $\zeta \theta$  æqualis.

equalis sit etiam  $H\Theta$  declin:  $\gamma \eta n\theta$  declin: aequalem esse. Similiter complem:  $K\Theta$ . complem:  $n\theta$  aequalle esse. Quod ergo probabitur de uno, verum erit etiam de altero. Est autem proportio sinus  $n\delta$  ad sinum  $\delta\gamma$ . Composita ex proportione sinus  $n\theta$  ad sinum  $\theta n$ . vel quod idem est ex proportione sinus  $K\Theta$  ad sinum  $\Theta H$ . vel quod et ipsum idem est, ex proportione sinus  $\Gamma E$  ad sinum  $EH$  (per precedentem propositionem) & sinus  $n\gamma$  ad sinum  $\gamma n$  (per Sphaericum Euclidis.) Ergo sicut sinus  $n\delta$  ad sinum  $\delta\gamma$ . Ita sinus  $n\gamma$  ad sinum  $EH$  (per sextam propos: *rigi surbito*.) Est enim tertia quantitas (scilicet  $\Gamma E$  in precedenti propositione) sextae aequalis (scilicet  $\Gamma E$  in hac ipsa propositione.) Ergo  $\alpha\pi\alpha\lambda\mu$  sinus  $\delta\gamma$  ad sinum  $\delta\gamma$  sicut sinus  $EH$  ad sinum  $\gamma n$ . Quod demonstrasse oportuit.

Sunt autem  $\gamma\delta\delta\gamma$  nota ex hypothesi &  $EH$  ex propos: precedente. Patet ergo  $\gamma n$ . Nota vero est  $\zeta n$  (ex secunda propositione de ascensione recta.) Relinetur ergo  $\zeta\gamma$  ascensio obliqua quæsita.

Vt autem facilior sit operatio, rediget erminos huius regulæ priores daos ad alios numeros hoc modo, per regulam proportionum: Primus numerus sit sinus complem: Altitudinis; Secundus sinus altitudinis poli. Tertius sit 10000 vel 100000 vel similis. Producetur quartus. Sicut ergo se habet primus ad secundum, ita tertius ad quartum: Itaq; tertius ad quartum sicut sinus  $EH$  ad sinum  $\gamma n$ . Iam facilis est futura supputatio; si prius habeas tabulā Ascensionis rectæ

ex pro-

ex propositione superius demonstrata, et tabulam ascens: obliquæ in Regione 45 grad. polaris altitudinis ex proxima propositione, Item differentias harum ascensionum, ut in Altitud: poli 51 grad. usurpandi erunt numeri, Primus complementi scilicet 6293. secundus Altitud: poli 7771. pro his adhibeo primum 10000. secundum 12348.

1	2	
$\kappa\delta$ ad $\delta\gamma$	componitur	
		Ex Aratæ alia

3	4	$\delta\gamma$ ad $\delta\kappa$
$\Gamma E$	E H	
5	6	$\omega s$
$\varepsilon n$	$\varepsilon\gamma$	E H ad $\varepsilon n$

Exemplum in altitudine poli 510'

$\zeta\theta$  arcus eclipticæ 60 0'.

$\delta\kappa$  510'. Eleuat: poli 7771.

$\gamma\delta$  39 0'. Compl: Altitud: poli 6293.

ζηεμδρη εη Differentia inæqualitatis.

E H. Differentia æqualitatis nota ex propositione proxima 2135'. Sinus 36785.

Reg: Proport: per compendium in hac ipsa prop: annotatum.

$\gamma\delta$	$\delta\kappa$	E H.
100000	12348	36785
	36785	
	454220180	
	100000	(454220

Hoc est

271' videlicet εη  
Sub-

## Subtractio.

$\zeta_n$	57	48
-----------	----	----

$\varepsilon_n$	27	1
-----------------	----	---

$\zeta_\varepsilon$	30	47	vel ut Regiom: habet 30 46'.
---------------------	----	----	------------------------------

# De discrimine Annorum, Mensum, dierum & horarum.

## DE DIVERSIS ANNI INITIIS.

**C**ertum est Moysi initium anni esse à verno æquinoctio, hoc est, à nouilunio, quod proximum fuit æquinoctio, seu precedens seu sequens, ita tamen ut plenilunij dies sequeretur æquinoctium.

Et eundem morem fuisse Ægyptiorum ait Simplicius.

Asia fortassis studio quodam dissentendi inchoauit annum ab æquinoctio autumnali.

Rursus ab Ægyptiis & Asiaticis variarunt Græci quibus anni initium fuit à solstitio aestiuo.

Romani à Græca consuetudine discesserunt, & annum à solstitio hyberno inchoarunt.

Hec varietas consideratione digna est, & lucem historijs Ecclesie & aliarum gentium affert.

## DE ANNI QUANTITATE.

**A**nni quantitas alijs temporibus alia deprehensa est.

Nam Ptolemaeus conferens suas cum Hipparchi H obser-

obseruationibus reperit annum 365. dierum et quadrantis diei minus trecentesima parte diei, id est, dierum 365 horarum 5 scrup: prim: 55 secundorum 12.

*Albategnius vero annis 743. post Ptolemæum deprehendit suo tempore minorem videlicet 365 dierum & quadrantis minus 106 parte, hoc est, præter integros dies 5 horarum 46 scrup: 24 secund:*

*Alphonsini paulo maiorem ponunt videlicet dierum 365 hor: 5 scrup: 49 sec: 16.*

*Nunc autem magnitudo anni fere tanta est, quanta fuit tempore Ptolemæi videlicet præter dies integros & horas scrup: prim: 55 sec: 12.*

### DE DIFFERENTIIS

#### ANNORVM.

**A**nnus dividitur in *Astronomicum & politicum*. *Astronomicus duplex est, Medius & Apparents seu verus.*

I. *Annus Astronomicus Medius ad stellas fixas relatus, quem sidereum vocarunt vel ab autore Thebitanum, est spaciū temporis, quo Sol ad eandem stellam fixam, ut verbi causa ad primā stellam aries in Octauē Sphæræ reuoluitur. Hoc spaciū iuxta Copernici obseruationem continet dies 365. Horas sex, scrupula prima 9 secunda 40 fere.*

II. *Annus Astronomicus Medius ad medium vel æquinoctium vel solstitium relatus, est spaciū temporis, quo Sol recurrit ad medium vel æquinoctium, vel solsticiū, unde etiā ῥeptivis dicitur. Complectitur autem dies 365 hor: 5 49' 16" fere, vocari etiam solet Alphonsinus.*

III. An-

**III.** *Annus apparet sc̄u verius, est spaciū temporis quo Sol ad verum æquinoctium vel solsticium reuer-ritur. De huius annivaria quantitate supra dictū est.*

### DE ANNO POLITICO.

**A**nnus politicus in genere est, qui vel ad Solis vel ad Lunæ, vel ad utriusq; luminis motum accommodatus est. Vocatur autem politicus, quia ciues in notatione anni non tantum ad Solem, sed etiam ad Lunam mentem & oculos referunt.

### DE POLITICO ANNO AD SOLEM ACCOMMODATO.

**M**ultæ gentes neglecto Lunæ menstruo motu annū spaciū definierunt Solis per totum Zodiacum circuitū. Hoc anno usi sunt Ægyptij, Babylonij & Persæ, & postea Iulius Cæsar imitatione Ægyptiorum suum quoq; annū ad motū Solis instituit. Sed hic prodest obseruare discriminem. Ægyptij duodecim menses efficiebant ex diebus semper 30. qui duodecies collecti constituunt summā dierū 360. Reliquos 5. dies quot annis fini mensis, quem Mesori nominabant, annexebant, ut annus quilibet expleret 365 dies. Etsi autē hic tam æquabilis annus conuenientissimus fuit construendis et propagandis mediorū motū canonib. quam ob causam summi artifices Ptolemæus & Copernicus eum retinuerunt: tamen hoc habet incommode quod initium eius nō pendet ab æquinoctijs aut solsticijs, sed à meridie primi diei Thot, qui singulis quadriennijs, propter defectum quadrantis diei, cuius intercalatio omittitur, aut certe in aliud tempus differit, unius diei intervallo anticipans à consequentibus recedit in antecedentia.

*Eandem ob causam nec æquinoctia nec solsticia stabilia esse potuerunt, sed progressa sunt in consequentia, sicut in nostro anno Iuliano anticipant, quia plus iusto intercalatur.*

*Anni vero Iuliani non sine graui consilio ita instituti sunt, ut alijs sint dierum 365. alijs autem (ut quartus quisq.) 366. Itaq; in anno Iuliano, quo nunc utimur æquinoctia & solsticia ab ijs diebus quibus semel adhaeserunt, non nisi longo annorum tractu recedunt in præcedentia. Scito autem annum bisextilem esse eum, cuius numerum pendentem ab initio annorum domini quaternarius metitur. Reliqui omnes anni medijs sunt communes, ut anni 1552. 1556. sunt bisextiles, Annus ergo domini intermedius 1554. communis est.*

## DE ANNO POLITICO AD LVNAM ACCOMMODATO.

**A**liæ gentes in constitutione anni spacijs tantum motus Lunaris rationem habuerunt, ut Arabes componentes annum suum ex duodecim mensibus Lunaribus quos synodicos nominamus, quorum sex continebant 30 dies, reliqui sex 29. Et hos menses cauos, illos autem plenos appellariunt, *Habuitque annus dies 354. ac differt ab anno politico solari diebus 11. Quæ autem fuerit ratio intercalationis paulo post dicetur.*

## DE ANNO POLITICO AD SOLIS ET LVNÆ PERIODOS ACCOMMODATO.

*Postremo*

**P**ostremo quedam gentes simul & Luna & Solis in Zodiaco rationem habuerunt, & usæ sunt mensibus Lunaribus duodecim causis & plenis ut de Arabibus dictum est, inæquali dierum numero. Hoc genere annorum antiquissimi patres etiam ante diluvium usi sunt, ut historia Noahæ testatur, in qua ordo mensum recensetur ita, ut appareat duodecim mensibus exactis annum completum esse.

DE DISSIMILI RATIONE  
INTERCALANDI APVD  
diuersas gentes.

**A** Tque Ægyptios duplex fuit intercalatio, una de qua dictum est. Nam 5 dies residuos Mensi qui nominatur Mesori annumerarunt, eumque 35 dierum fecerunt.

Altera qua eos qui redundant quadrantes unus diei, non illis ad quos pertinent annis vertentibus aggregarunt, nec quarto quoquis anno exacto in unum collegerunt diem, sed post circumactos annos Iulianos 1460. in unum coniunxerunt annum diebus 365 definitum, vocaruntq; hanc 1461 annorum Ægyptiorum periodum Græci κυκλον ἐν κανे qui exoriebatur cum Sole die solsticij. Post hanc periodum Equinoctia & Solsticia pristinas sedes recuperabant.

In anno Iuliano simplicissima & expeditissima intercalandi ratio est. Cum enim Sol intra dies 365. non peragret totum Zodiaccum sed restent addenda s. Horæ & aliquot minuta, quarto quoque anno

dies Februario inseritur, quem vocamus intercalarem.

In anno Arabico, Iudaico, & Græco etiam duplex fuit intercalandi ratio. Cum enim ad Lunares menses proprie accommodatus esset, ut perpetuo sibi constaret, & aliqua ex parte simul ad Solis annum cursum conueniret, desiderabat non Solum mensem, verum etiam diem επεξιους seu intercalarem. Quare sapiens antiquitas Græca, cum videret omissione diei intercalaris turbari totam anni & nouiluniorum rationem, instituit quarto quoque anno certamen olympicum, ut memoriam diei intercalaris ex quatuor quadrantibus collecti tam insigni spectaculo uniuersa Gracie posteritas velut positam haberet oculos.

Ac mensis quidem intercalatio facta est, alias secundo, alias tertio anno, ut solstitia & æquinoctia perpetuo intra certos menses manerent, nec per omnes menses, ut fit in Ægyptio anno, vagarentur.

Diei vero intercalatio quarto quoque anno facta est, ut initia mensum constanter nouilunijs responderent.

## DE QVATVOR CYCLIS SEV

ANNIS MAGNIS.

**C**um tota ratio intercalandi apud Græcos perplexior et laboriosior esset & minus certa, Quatuor anni magni seu cycli ab artificibus excogitati sunt, ut intra hoc spaciū nouilunia & solstitia suas sedes recuperarent.

I. Ac primus quidem *cyclus* à Metone Attico, qui mortem Alexandri præcessit annis 108 institutus est, qui continet annos 19 & à Græcis ἐννεαδεκατηνὶς dicitur. Intra hoc tempus 7 menses intercalati sunt, alias secundo, alias tertio anno, quorum ultimus continebat dies tantum 29 cum priores sex dies 30 continebant. Hoc annorum numero absoluto semper primus dies ἐνατομηλων iterum fuit solstitialis.

Ac Metonis ἐννεαδεκατηνίδα adeo probarunt artifices, ut Romani à Chaldeis transmissam aureis litteris inferendam anno Iuliano censuerint. Unde aurei numeri tracta appellatio, qui adhuc in Calendario Romano exprimitur & celebratur.

II. Post Metonem Calippus quatuor annos magnos Metonis, id est annos 76. complexus eam, periodum à se Calippicam nominauit, quam à sexto ante Alexandri obitum anno inchoauit, quod eo Babylonem Alexander cepisset. In hoc cyclo præter menses 28 intercalares, dies quoque inserebantur 19 præcise, cum Annus Metonis ad dies intercalares non satis accommodatus esset.

III. Hunc securus Hipparchus cum animaduertisset anni magnitudinem non admittere diei quadranteum integrum, sed minus 300 parte, hoc est  $4' 48''$  autor fuit noui cycli, qui constabat quatuor periodis Calippi & 16 Metonis, hoc est, annis 304. Hoc cyclo posteritatem monere voluit completis quatuor periodis Calippi unū diem intercalarem omittendum esse, ut initijs mensiū deinceps congruerent nouilunia.

III. Quartum cyclum alijs referunt ad Eudoxum

alijad Leostratum Tenedium, cuius instituti ea fuit ratio, ut cum ad annos octo tres menses adiungerentur, praeter eum diem, quem cuius olympiadi adiucere consueuerant, redirent propemodum ad easdem sedes equinoctia. Menses *ιωβόλιμοι* vocabantur, Annum vero octo, qui duas constituebant Olympiades, priores quinque duodecim menses seu 354 dies, reliqui tres tredecim seu 384 habebant dies. Hic cyclus usitatus fuit propter usurias centesimas, quæ centum mensibus æquant sortem. Continet enim menses 99.

## De Mensibus.

**M**enses diuiduntur in Astronomicos & politicos, Astronomici duplices sunt Solares & Lunares.

### DE MENSIBVS SOLARIBVS.

**M**ensis solaris medius est duodecima pars anni, vel spacium temporis, quo Sol secundum medium motum conficit duodenam Zodiaci partem. Estque hic semper sui similis dierum 30 Hor: 10 Min: 30 fere.

Mensis solaris verus est spacium temporis, quo Sol unum dodecasimponit secundum verum motum conficit. Hic inæqualis est, quia Sol in Apogeo tardius, in perigæo celerius mouetur.

### DE MENSIBVS LVNARIBVS.

**M**enses Lunares aut sunt periodici, aut synodici, aut Illuminationis.

Perio-

I. Periodicus est interuallum quo Luna ad illud punctum signiferi credit, unde digressa est in proxima coniunctione. Hic circuitus est dierum 27 Hor: 7. 43' 7''. Differentia periodici veri & medi horarum integrarum non aquat.

II. Synodicus est, quo Luna non solum ad idem punctum credit, unde discenderat, sed etiam Solem ipsum assequitur à fine mensis periodici spacio aliquanto maiore quam bidui. Est autem mensis synodicus medius dierum 29 Hor: 12. 45' fere. Differentia inter veram & medium obvioder, cum maxima est, 14 horarum fere est.

III. Mensis illuminationis est interuallum à primo conspectu nascentis Lunæ usque ad ultimum diem euanescentis, quod vulgo dicunt esse dierum 28. quod tamen non est perpetuum, quia Luna alias tardius, alias citius se nobis ostendit. Interdum altero die post coniunctionem, interdum tertio, interdum quarto die prodit.

## D E M E N S I B V S P O L I T I C I S.

**E**T si magna varietas est mensium ciuilium, quibus singulæ gentes utuntur: tamen maximus in historijs usus est mensium Latinorum, Græcorum Ebraicorum, Aegyptiorum & Macedonicorum, quorum ordinem & appellations sequens tabella complectitur.

H s

Græci

### Græci

- I. ἐκατομβαιών
- II. μελαγχτικών
- III. Βοηδοριών
- IV. μαρμακτηρίων
- V. πανεψίων
- VI. αὐθεσηρίων
- VII. ποσφέων
- VIII. γαμηλίων
- IX. ἐλαφησολίων
- X. μενιχίων
- XI. θαργηλίων
- XII. σκιροφορίων

### Romani

- VI. Iunius
- VII. Iulius
- VIII. Augustus
- IX. September
- X. October
- XI. Nouember
- XII. December
- I. Ianuarius
- II. Februarius
- III. Martius
- IV. Aprilis
- V. Maius

### Ebræi

- III. Siuan.
- III. Thamus
- V. Ab
- VI. Elul
- VII. Thisri
- VIII. Marhefuan.
- IX. Chisleu
- X. Tebet
- XI. Sebat
- XII. Adar
- I. Nisan
- II. Iiar

### Aegyptiū Macedon.

- X. παυνὶ δδ' ὄθ
- XI. Ὀπτφὶ παίεμος
- XII. μεσορὶ λῶθ
- I. Θὼθ γορπιάῖος
- II. Φαωφὶ ὑπερβερεῖαῖος
- III. ἀθὺρ δῖος (Θ)
- III. χοιάκ ἀπιλλᾶ
- V. τυῖι αἰδιωᾶῖος
- VI. μεχεὶρ περίνος
- VII. Φαμενῶθ δύσρΘ
- VIII. Φαρμαχὴ ξανθικὸς
- IX. παχῶν δέλεμίσιος

# De discrimene dierum.

**D**ierum alij sunt Astronomici , alij politici.  
Astronomicorum alij sunt naturales , alij artificiales.

## QVID EST DIES NATURALIS?

**E**st tempus revolutionis Solis per motum primi mobilis à meridiano , donec Sol ad eundem locum Meridiani redit, Et hoc est tempus, quo reueluitur totus æquinoctialis , & ultra hoc aliquantula portio æquinoctialis, quanta respondet arcui eclipticæ, quem interim Sol peragravit.

## CVR ASTRONOMI DIEI EXORDIVM SVMVNT A meridiano circulo non ab horizonte?

**C**um ascensionum ratio in horizonte multipliciter variet pro Sphæra obliquitate , In meridiano autem sit eadem ubiq<sup>z</sup> locorum, quæ in Sphæra recta, placuit Astronomis initium diei sumere à meridiano potius, quam ab horizonte, ut omnibus in locis uno eodemque modo apparens tempus in æqualitatem commutaretur.

## QVOTIES AEQUATOR VNO ANNO REVOLVITVR?

**E**x definitione diei naturalis sequitur unum annum continere 366 revolutiones integras æquatoris. Nam singulis diebus accedit aliquid ad unam revolutionem

reuolutionem, tantum scilicet quantum Sol proprio motu percurrit. Ergo in toto anno hæ accessiones vel hæc additamenta, ut vulgo vocant, in unam summam collecta, efficiunt integrum reuolutionem æquatoris, quia proprio motu Sol totam Eclipticam in integro anno pertransit, cui correspondet integra æquatoris reuolutio.

**QVOTVPLEX EST ADDI-  
TAMENTVM?**

**D**E hac questione respondet Regiomontanus prop: ultima lib. 3. Epit:

Additamentum medium non est aliud nisi medius motus Solis in tempore dato.

Additamentum autem verum est ascensio recta, quæ respondet vero motui Solis in tempore dato.

**CVR ADDITAMENTVM ME-  
DIVM EST A EQVALE MEDIO  
motui Solis?**

**Q**Via in integro anno accessione ultra 24. horas est integra reuolutio seu eclipticæ seu æquatoris.

Hæc accessione equaliter diuisa per anni tempus eandem exhibet supputationem, quæ est in medio diurno motu. Quemadmodū enim in diebus apparentib. seu veris usurpatur motus apparenſ Solis, & eclipticæ inequalis ascensio recta: ita in diebus equalibus, qui sunt mensura aliorum, adhibetur motus medius & motus equalis æquatoris, quia necesse est mensuram perpetuo æquabilem esse, ne fiat Lesbia regula.

**CVR**

**CVR ADDITAMENTVM VERVM EST ASCENSIO RECTA**  
respondens vero motui Solis?

**C**Vm duplex sit varietas in diebus differentibus seu inequalibus, ut mox dicam, una quæ oritur ab apparente anomalia Solis, altera ab inequali ascensione partium signiferi, de qua supra dictum est, ascensio recta vero motui ☉ correspondens utrunque varietatem complectitur, & quantitatem dierum differentium ostendit.

**QVOTVPLICES SVNT DIES NATVRALES?**

**A**lij æquales seu mediocres, alij inæquales seu differentes. Hoc discriminus necesse est constitui propter inæqualitatem additamenti medy & veri.

**QVID EST DIES AEQUALIS?**

**D**Ies naturalis æqualis & aptus numerandis motibus est spacium temporis, quo fit integra cœli, vel æquinoctialis circuli conuersio, ac præterea particulae æqualis ei, quam Sol in Zodiaco à medio æquinoctio æqualiter interea confecit.

**QVOMODO INVENITVR**

**QVANTITAS DIEI  
æqualis?**

**C**Vm in toto ambitu æquinoctialis tempora numerentur 360. motus autem Solis diurnus æqualis à medio æquinoctio sit scrupulorum 59° 8' 20<sup>'''</sup> manifestum est diem naturalem seu Astronomicum æqualem

æqualem perpetuo constare temporib. 360 59' 8" 20"". Hic vero motus continet horas 24 3' 56" 32"". vel ut Ægyptia dicamus 24 horas 4 minuta temporis perpetuo æquabiliter. Itaque ex solo medio motu quantitas dierum mediocrium cognoscitur.

Quomodo autem medius motus expedite, & sine magna molestia supputari possit, docet logistice scrupulorum Astronomicorum luculente tradita a viro clarissimo & ingeniosissimo D. Erasmo Reinholdo in vestibulo tabularum Prutenicarum.

### QVID EST VERVS SEV APPARENTIA DIES NATURALIS?

**E**s spacium temporis quo fit integra æquinoctialis conuersio, ac præterea particulae eiusdem æquinoctialis, quæ vero motui Solis in Zodiaco respondet. Ceterum verus dies naturalis alias superat medium, alias est minor, et si hæc inæqualitas seu differentia nec ita magna est, nec subito sentitur, nisi collatis duobus inter se diebus non proximis, sed satis longo inuicem intervallo distantibus.

### QUE EST MAXIMA DIFFERENTIA INTER APPARENTES & æquales dies?

**H**ac nostra ætate, ut affirmat D. Reinholdus maxima differentia inter æquales & apparentes dies contracta est in tempora 7 cum 3 quintis unius, quæ sane aliquando supra 10 tempora sese possest extendere.

Tabella,

## T A B E L L A.

Partes æquatoris      Tempus correspondens.

360	24. Horæ	Fœcundiorum ca-
30	2 Horæ	nonem conuersio-
15	1 Hora	nis temporum æ-
1 gradus	4 minuta	quinoctialis in
15 minuta	1 min:	horas & earum
1 min:	4 sec:	scrupula querant
15 sec:	1 sec:	studiosi in canonि-
1 sec:	4 Tertia	bus Prutenicis Reinholdi.

QVÆ SVNT CAVSÆ IN-  
EQUALITATIS DIERVM  
naturalium?

E T si supra cum de utilitate doctrinæ ascensionum diceretur, mentio harum causarum facta est, tamen necesse est eas hoc loco repeti & copiosius declarari.

Sunt igitur dies naturales, quos Græci ῥυθμίες appellant, inæquales propter duas causas, Primum quia motus Solis verus, quamquam parum, tamen in singulos dies variatur, ac bis tantum in anno cum equali motu congruit videlicet in longitudinibus medijs, ut in principio  $\text{V}$  &  $\text{U}$ . Ibi enim verus motus nihil à medio differt estque  $5^{\circ} 9'$ , ut ostendunt Ephemerides. Deinde, quia segmentis Zodiaci etiam equalibus, non tamen æqualia respondent æquinoctialis circuli segmenta in mundi conuersione.

DE

## DE PRIMA CAVSA.

**E**T si medius motus Solis, ut dixi, aequalis est: tamen verus seu apparenſ inaequalis est.

Primum enim Sol duos semicirculos, quos aequinoctiorum puncta distinguunt inaequalibus temporibus peragrat, ut Ptolemaei etate Sol consumebat in hemicyclio Boreo 187. in Austrino dies tantum 178. cum quadrante.

Nostra etate semicirculum Boreum conficit diebus 186 horis 8 scrup: 12 sec: 44. Austrinum vero diebus 178 horis 21 scrup: 42 sec: 25. Huius diuersitatis due sunt maxime insigneſ cauſe, mutatio Apogei, & mutatio inuenientiſ. Sed haec ad traiectas Solis proprieſ perteſſent.

Deinde Sol quadrantes inaequalibus ſpacij perlustrat, ut quadrantem à verno aequinoctio ad ſolſtium Ptolemaei etate perlustrabat diebus 94. cum ſemiffe alterum quadrantem ad autumni aequinoctium diebus 92 cum ſemiffe. Nostra etate quadrantem Zodiaci à verno aequinoctio ad aſtium ſolſtium perambulat diebus 92 horis 21 scrup: 55. sec: 51.

Alterum autem quadrantem aſtium inde usq; ad alterum aequinoctium diebus 93 horis 10 scrup: 16 sec: 53.

Tertium quadrantem quem autumnalem vocant diebus 89 horis 17 scrup: 2 sec: 44.

Ultimum quadrantem hybernum, quo Sol reuertitur ad punctum verni aequinoctij diebus 89 horis 4 scrup: 39 sec: 41.

Postremo

Postremo, ut alia exempla huius anomalias omittam, hoc tempore diurnus motus in ipso apogeo est 57 primorum 17 sec: in perigaeo 61 scrup: 7 sec: cum alioqui aequalis motus diurnus Solis sit 59. scrup: 8 sec: fere. Et haec quidem de prima causa inæqualitatis dierum naturalium, secundum quam discrepat maximus dies inæqualis à minimo, nouem partibus æquatoris 30 scrup: quæ si conuertantur in tempus efficiunt 38 scrup: unius horæ. Uterq; vero à medio 4. 45'. seu 19 scrupulis unius horæ.

Nam de Ptolemæi sententia (quam repetit Regiom: lib. 3. epit: prop: 23) verus seu apparenſ motus Solis in hemicyclio boreo, deficit à mediocri 4 partibus æquinoctialis cum dodrante. In altero eundem totidem partibus superat. Quod igitur per ambas medietates procedendo de additione & diminutione consurgit, ut Regiomontani verbis utar, simul est gradus nouem & medius. Tantum dies differentes maiores addunt supra dies differentes minores propter hanc quidem causam.

## DE ALTERA CAVSA.

**Q**uod docung, portio æquatoris maior est portione ecliptice, dies differentes (scilicet propter hanc causam) sunt maiores mediocribus. Et contra cum minor est portio æquatoris portione ecliptice correspondente in ascensione recta, minores sunt dies differentes mediocribus.

Hæc discrimina evidenter apparent si conferantur vicini arcus inde inchoati, ubi cum una Ecliptica,

gradu unus æquatoris exoritur, quod quidem sit circa 16 Tauri, 14 Leonis, & punctis his oppositis, ut numeratio indicat. Sed portio à 16 Tauri in 14 Leonis, quæ est 88 grad: oritur in Sphæra recta cum 93 grad: æquinoctialis. Ideo differentium dierum super mediocres differentia, cum collecta fuerit, quinque gradus efficit. Item portio à 14 Leonis ad 16 scorpij, quæ est 92 grad: oritur in Sphæra recta cum 87 grad: æquinoctialis. Quare mediocrum dierum super differentes differentia cum collecta fuerit, quinque gradus complet. Idem accidit in quartis oppositis. Manifestum igitur est, quod dies differentes maiores (scilicet simul sumptis duabus quartis) superant dies differentes minores ob hanc causam quantitate 10 grad:

QVANTA EST DIFFEREN-  
TIA EX VTRAQUE CAUSA  
simul collecta?

**D**ifferentiae ex utraque causa collatae inter se & additæ mediocribus diebus ubi addi, deductæ ubi detrahiri ratio postulat, ostendunt dies naturales, secundum Ptolemei observationes à 15 grad: aquarij per totum hemicyclium boreale ad principium scorpij usque minui ac decrescere 8 grad: 20 scrup: æquatoris, seu 33 horæ scrup: primis, 20 sec: A principio scorpij vero ad 15 aquarij totidem accrescere atque extendi partibus supra mediocres, ut diei maximi à minimo differentia sit unius horæ 6 scrup:

Parit

Parit enim inæqualis motus Solis differentiam 3 grad: 40 scrup: Inæqualis ascensio vero 4 grad: 40 scrup: addendam mediocribus in parte austri-na, detrahendam in altera.

Sed ætate nostra perigæo Solis & Eccentricitate mutatis, à 10 scorpij ad 20 aquarij usque augescunt, indeque per Borealia signa decurtantur usque ad 10 scorpij 7 tantum partibus æquatoris 48 scrup: ut supra ex Reinholdo dixi, ut maxima & minima diei differentia sit 1 horæ 3 scrup:

Hæc distinctio æqualium & inæqualium dierum necessaria est. Nam ut supra dictum est, cum dies inæquales non possint esse mensura reliorum motuum, assumi oportuit æquales, ad quos motuum tabulae conderentur atque accommodarentur. Neque enim ex tabulis, Planetarum veri motus, Lunæ præ-sertim elici ac deponi possent, nisi dies inæquales, ut offeruntur, redigantur ad æquales prostapheresi adiecta vel detracta.

## DE AEQVATIONE DIERVM

NATURALIVM SEV CONVER-  
sione differentium in mediocres  
& econtra

## QVID EST AEQVATIO?

**C**um medius motus quantitatem æqualium die-  
rum monstrat, perspicuum est subtractis à se in-  
uicem additamento medio & vero, id est, medio mo-  
tu Solis & ascensione recta correspondente vero mo-

tui, relinquи differentiam dierum mediocrum & in-equalium, quæ vocatur æquatio.

## PRÆCEPTVM TRADITVM

A REGIOMONTANO LIB.

3. Epit: Propos: 29. de conuerten-dis diebus inæqualibus in  
æquales & contra.

**I**N tempore dato tam motum Solis verum quam medium numera, vero motui ascensione in Sphaera recta correspondentem accipe, & eius ad medium motum Solis differentiam nota. Nam ipsa erit dierum æquatio, cuius quilibet gradus quatuor minuta unius horæ repræsentat. Tempus igitur huius æquationis adde super dies differentes si ascensio recta motum medium superauerit.

Subtrahe vero si ascensio minor fuerit motum me-dio, & exibunt dies mediocres.

Si vero dies æquales ad dies diuersos reducere vo-les in tempore, similiter motum verum & æqualem numera, & vero motui ascensionem rectam congruentem accipe, eius ad medium motum differentia erit dierum æquatio, cuius tempus super dies mediocres seu æquales adde, si medius motus fuerit ascensione maior, vel minuerit econtra, & prodibunt dies di-uersi seu differentes.

### Exemplum.

Sit verus motus Solis in die naturali ab equinoctio 5 9' medius vero semper est 5 9' fere. Ascensio respondens vero motui est 5 4'. Differentia huic & me-

& medijs motus est 5 minutorum unius gradus aequinoctialis, quæ in tempus conuersa faciunt 20° unius horæ.

Est igitur dies medius maior die differente 20° unius horæ. Tabulam vero æquationis dierum naturalium iuxta Regiomontani doctrinam, quære in tabulis Prutenicis Reinholdi.

### DE DIEBUS ARTIFICIALIBVS.

**D**ies artificialis est tempus, quo Sol circumuebitur supra horizontem nostrum ab ortu in occasum.


Conspiciuntur autem discrimina dierum artificialium in Sphera declivi, magnis & insignibus interuallis, ut Tabula quæ sequitur ostendit. Horum insignium discriminum causa est obliquitas horizontis. Etsi enim semper supra terram sunt sex signa & sex infra: tamen cum Sol ad verticem nostrum accedit, medietas illa Zodiaci, in qua tunc Sol incedit, altius attollitur, Quo fit ut Sol diutius tunc supra horizontem feratur, sicutque dies artificiales longiores noctibus.

T A B V L A M M A X I M I D I E I  
A D S I N G V L O S G R A D V S  
eleuationis poli supputatam,  
quære infra in litera  
**D.**

## PROPOSITIO.

• **QVANTITATEM MAXIMI  
DIEI IN OMNI REGIONE  
inuenire ex altitudine poli.**

**P**roportio sinus altitudinis equatoris, ad sinum altitudinis vel depressionis Poli, est sicut proportio numeri, quem gignit numerus sinus complementi max: decli: metiens numerum factum ex multiplicatione max: declin: in sinum totum, ad sinum differentiae semidiurni equalis & breuissimi.



Sit sinus Altitud: equatoris  $\alpha \beta$ , & sinus depressionis poli  $\beta \zeta$ , atque sinus maxime declinationis  $\gamma \theta$ , multiplicet totum sinum  $\alpha$ , & producat  $\mu$ , & quoties  $\zeta \gamma$  metitur  $\tau \gamma \kappa$ , tot sint unitates  $\tau \mu \lambda$ .

Denique sit sinus differentiae semidiurni equalis & breuissimi  $\varepsilon \theta$ . Dico quod sicut sinus  $\alpha \beta$  ad sinum  $\beta \zeta$ . Ita  $\lambda$  ad sinum  $\varepsilon \theta$ .

Multiplicetur enim  $\zeta \gamma$  in  $\theta \varepsilon$  & producat  $\mu$ . Et quia proportio sinus  $\zeta \beta$  ad sinum  $\beta \alpha$  componitur ex proportione sinus  $\zeta \gamma$  ad sinum  $\gamma \theta$ , & sinus  $\theta \varepsilon$  ad sinum  $\varepsilon \alpha$ . Proportio vero  $\tau \gamma \mu$  in  $\tau \gamma \kappa$  componitur ex iisdem duabus (ex propos: tertia regi curvatis: )

Ergo

Ergo  $\mu$  ad  $\kappa$  sicut sinus  $\zeta \beta$  ad sinum  $\beta \alpha$ . Rursum quia sinus  $\zeta n$  multiplicatus in sinum  $\theta \varepsilon$  producit  $\mu$ . Multiplicatus vero in  $\lambda$  producit  $\kappa$  (Nam sinus  $\zeta n$  metitur ror  $\kappa$ . Secundum unitates que sunt in  $\lambda$ ) Ergo  $\mu$  ad  $\kappa$  sicut sinus  $\theta \varepsilon$  ad  $\lambda$  (per 17 septimi) Hoc est (per 11 quinti) sinus  $\zeta \beta$  ad sinum  $\beta \alpha$  sicut sinus  $\theta \varepsilon$  ad  $\lambda$ . Ergo  $\alpha \pi \alpha \lambda \nu$  sinus  $\alpha \beta$  ad sinum  $\beta \zeta$ . sicut  $\lambda$  ad sinum  $\theta \varepsilon$  &c, quod demonstrasse oportuit.

*EXEMPLVM DE INVENTIO-  
NE MAXIMI DIEI EX  
altitudine poli.*

*De Rhodo.*

$\alpha \beta$	54 0'		8090170
$\beta \zeta$	36 0'		5877852
$n \theta$	23 51'	Sinus	4043437
$\zeta n$	66 9'		9146072.
$n \theta$	4043437		
$\epsilon \alpha$	1000000		
		4043437000000	$\lambda$ .
$\zeta n$	9146072		(4420278 Hoc est 26 14'.

Dico quod  $\alpha \beta$  ad  $\beta \zeta$  sicut  $\lambda$  ad  $\theta \varepsilon$ .

$$\begin{array}{r} \zeta n \quad 9146072 \\ \times \theta \quad 3214395 \\ \hline 29399088106440 \end{array} \mu.$$

*Regula Proport:*

I 4

$\alpha \beta$

$\alpha\beta$	$\beta\zeta$	$\lambda$
8090170	5877852	4420278
	4420278	
25982519882556		(321161 Hoc est
8090170		18 44' pro
Hic numerus duplicetur		80 quæsita.
18	45	
2	2	
37	30 id est $2 \frac{1}{2}$	Horæ
		Aliud de Iena.

$\alpha\beta$	39		6293204
$\beta\zeta$	51		7771460
$\pi\theta$	23 30'	Sinus	3987491
$\zeta\pi$	66. 30		9170601.

iuxta Regiom:

$\pi\theta$			
$\pi\alpha$	39874910000000.		"

 $\zeta\pi$  9170601 (435992.

Reg: Proport: hoc est 25 50'.

$\alpha\beta$	$\beta\zeta$	$\lambda$
6293204	7771460	435992.
	435992	

3388272388320

8

6293204

(53841.

32 34

Hoc est

2 2 Hor.

3234'.

65 8 4 20' 32'.

Alia Propositio.

CAL.

**CALCVLATIO QVANTITA-**  
**TIS CVIVSCVNQVE DIEI**  
*in quauis Eleuatione poli.*

**E**adem ratione inuestigatur quantitas reliquorum dierum, qua maximus ut ostensum est in præcedenti propositione. Nam proportio sinus arcus eleuationis poli, ad sinum complementi est composta, ex proportione sinus arcus intercepti inter polum & punctum Zodiaci, cuius dies queritur & complementum arcus, & ea que est differentia dimidia ultra .12 horas ad totum sinum.

Hic in calculatione magnum affert compendium inuentio minimorum terminorum, præsertim sinus eleuationis poli, ad sinum complementi.

Demonstratur autem à Ptolemao in 2. libro pag: 27 quod quæ equaliter distant à puncto intersectionis, æquales habeant ascensiones, unde ex quadrante circuli cognito, facile reliqua patent.

*Exemplum de Spira.*

Altitudo poli Spiræ 49 20' 33.

Dies 23 Iulij.

Sol in 9 grad: ♈

Declin: 9 grad: Leon: 18 17'.

33 7585	θη 3137	θε 23794145
βα 6516	" 39495	εα 61869420

*Regula Proport:*

εα	θε	sinus totus
6186	2379	10000

I 5	2379
-----	------

82

$$\begin{array}{r}
 23790000 \\
 6186 \\
 \hline
 2385186
 \end{array}$$

45 14

Hoc est 3 Horæ 1 scrup:

Est ergo longitudo diei Spiræ 23 Iulij 15 hora-  
rum & 1 scrup: fere.

## De horarum discrimine.

**H**Oræ sunt duplices, Aequales & inæquales.

Inæquales sunt duodecimæ partes quorumlibet dierum seu brevium seu longiorum. Veteras nomenas, id est, temporales vocavit, hisque solis ut ex Plinio, Palladio, Ptolemaeo & sacrarum literarum historia constat, usus est. Notus est Euangeli locus de duodecim horis diei, noti sunt & Greci versus: Sex horæ tantum rebus tribuuntur agendis,

Vixere post illas littera Zetha monet.

Et tales intelligendæ sunt ubiqz in historia sacra quando horarum mentio fit.

Aequales horæ sunt vicesimæ quartæ partes totius spaci, quod diem noctemque complectitur.

## De Climatibus.

**C**LIMA est spaciū terræ habitatae, comprehensum inter duos parallellos versus eundem polum ab æquatore distantes, à cuius principio ad finem usqz dies maxima augetur dimidia hora. Hinc perspicuum est quotum aliquid clima fuerit ab æquatore, tot dimidiis horis maximum eius diem superare diem æquinoctialem.

Et

Et distinguitur quodlibet clima in duas partes  
tribus parallelis quarum prior parallelo primo &  
medio comprehensa, tantum terræ spaciū, quanto  
longissima dies quadrante horæ augetur. Posterior  
medio parallelo & postremo inclusa, tantundem spa-  
ciū complectitur.

De numero climatum variant autores. Autor  
Sphaerae vetustissimam distinctionem secutus, septem  
climata recenset. Ultra septimum enim clima ve-  
tustiores vel non putarunt esse habitationem commo-  
dam, vel ob longiorē distantiam adire loca ulterius  
posita atque explorare nequieuerunt. Initia, media,  
fines, latitudines, & discrimina studiosi in hac tabel-  
la considerent. E.

Ptolemaeus terram habitatam versus septentrio-  
nem ab æquatore ad 63 gradum latitudinis boreæ  
extendit, & hunc tractum 29 parallelis distinguit,  
quorum priores 25 tanto interallo disiungit, quan-  
to horæ quadrante maxima dies accrescit. Reli-  
quos quatuor ampliore aliquanto secludit spacio mi-  
nus accurate, & umbrarum meridianarum diffe-  
rentias annotat. Hoc spaciū uniuersum, si initium  
à veteribus constitutum ac præfixum retineatur, in  
15 climata diduci potest hoc modo, etsi Ptolemaeus  
alibi retinet climatum numerum à veteribus ac-  
ceptum. F.

Nostra ætate cum & maxima Solis declinatio  
mutata sit, & plurima ad septuagesimum primum  
usque latitudinis boreæ gradum & ultra loca, in  
noticiam

noticias venerint, ex definitione climatum, talis eorumdem distributio institui potest, qualem sequens ostendit tabella, quam ex eruditissima parallelorum & climatum descriptione à clarissimo viro, et harum artium peritissimo artifice M. Erasmo Reinhaldo communi praeceptore nostro, contraxi ad 66 gradū 31. scrupulum usque, ultra hanc latitudinem enim non dimidijs horis augetur amplius dies maxima, sed certam ab Ecliptica portionem absindit Horizōn, qua perpetuo eminet, nec cœla circumacto mergitur unquam, ut opposita perpetuo occultata latet, nec prodit unquam, tantoque fit portio illa maior, quanto polus exaltatur altius. Continuum ergo diem habent, cum Sol aestiuo tempore eam peragrat, non enim occidit, cum vero oppositam hyberno peruagatur tempore, non oritur. In tenebris igitur continuis versantur. Reliqua vero Eclipticæ loca dum Sol emetitur, oriuntur & occidunt. Sed hanc varietatem studiosi in tabulis M. Erasmi oculis contemplentur.

Fiunt autem climata tanto minora quanto magis Sphera versus polos velut in acumen & fastigium coarctatur. Media enim mundi sedes intra polos prope æquatorem, propter altiorem tumorem & convenientiam cum Sphera recta, non exiguo terra spacio dierum maximarum mutationem percipit. Extremi limites & his vicinæ terra partes propter obliquum & declinem situm, subitam breuissimo interuallo mutationem experiuntur. In quæ vero climata quilibet loca incident, latitudines eorum ostendunt.

G.

magis.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ QVÆDAM, QVÆ  
EX HACTENVS COMMEMORA-  
tis sequuntur, & de Accidentibus  
quibusdam Sphæræ rectæ &  
oblique admonent.

Primum πρώτα.

**S**Ub æquatore dies sunt æquales noctibus, & stelle omnes vicissitudine perpetua oriuntur & occidunt. Umbræ vero meridiana quandoque in Austrum procurrunt, quandoque in septentrionem deflectunt, quandoque nusquam declinant. Horizon


enim rectus æquinoctialem & parallelos omnes ad angulos rectos & in hemicyclia æqualia dissecat.

Cumq; eidem poli mundi innitantur, circa quos fit stellarum quotidiana conuersio,


necessario omnes ortuum atque occasuum vices obeunt. Deniq; cum Sol bis verticibus eorum immineat ad æquinoctalia puncta motu suo delatus, ab his vero discedens, vel in boream euehatur, vel decumbat in austrum, fit ut umbræ meridianæ alias nullæ sint, alias in Meridiem vel septentrionem procident.

Secundum πρώτα.

Extra



**E**xtra æquatorem sub quo quis parallelo dies annuatim bis adæquantur noctibus, æstui dies producuntur, noctes deficiunt, hyberna noctes contra extenduntur, dies minuuntur, quedam stellæ exaltatae cum polo boreo perpetuo eminent, quedam cum arctico depresso & abditæ latent. Relique oriuntur & occidunt, tantoque varietas hæc maior & evidenter fit, quanto loca longius ab æquatore dissident.




**T**ertium  $\pi\circ\gamma\mu\alpha$ .  
**S**ub quounque parallelo inter æquinoctialem & tropicum cancri habitantibus, quo quis anno Sol bis fit verticalis. Paralleli enim quos puncta verticalia ibidem describunt, Eclipticam in duobus punctis secant, quare umbras illi meridianas nullas habent, Sole puncta intersectionum occupante. Rursus ad austrum procedunt eadem, cum segmentum ecliptice minus

minus scū boreale, quod puncta illa auellunt permeat. Contra in boream protenduntur cum alterum segmentum maius transcurrit. Sed sub Tropico aequino versantibus Sol semel tantum sit verticalis, quod parallelus ille Eclipticam in uno tantum puncto contingit. Umbras igitur solsticij die Meridianam nullam habent. Reliquo toto anni spacio eadem umbrae in septentrionem excurrunt. Et his omnibus dies maximi proportione crescunt, habentq; solsticia quatuor, duo alta, duo imae, ut & hi qui sub aequatore versantur.

### Quartum ποίησα.

**I**ls qui intra tropicum Cancri & circulum arcticum degunt, Sol verticem nunquam attingit, tantoque longius à vertice singulorum dissidet cum cursum ad austrum retorquet, quanto ad arcticum circulum proprius accedunt. Ideo umbras ipsorum meridianæ in boream perpetuo feruntur, finitæ tamen sunt ac proportione gnomonibus congruunt, & dies maximi augentur proportione, ita tamen ne diei naturalis spaciū excedant.



Quin-

## Quintum πόρισμα.


**I**ls qui sub arctico circulo sunt, quibus polus mundi exaltatur 66 grad: 31 scrup: hoc accidit, ut in quavis diurna cœli conuersione polus Zodiaci puncto verticali iungatur, & Zodiacus in locum horizontis succedat, totusque tropicus Cancri extet,


tropicus Capricorni occultetur. Quare Sole principium Cancri tenente diem habent 24 horarum, momentum pro nocte, & umbra velut parallelī horizonti cum Sole in orbem conuertuntur. Contra, opposi-

tum Zodiaci punctum Sole possidente, noctem 24 horarum, pro die momentum sortiuntur, sed cum continue cœlum circumagatur, efficit ut se mutuo horizon et Zodiacus tanquā circuli maiores in duo secent hemicyclia, & unum Zodiaci hemicyclium in momento emergat, alterum decumbat.

## Sextum πόρισμα.


**I**ls qui intra arcticum circulum & polum Mundii habitant, id est, quorum elevatio maior est 66. grad: 31 scrup: Minor 90 gradibus. Horizon ab Ecliptica certas pro ratione exaltationis poli portiones absindit, utrinque à solstitiali puncto pari numero





